

# **INSCRIPTIONES BOEOTIAE.**

## **CLASSIS PRIMA.**

### **DECRETA ET ACTA PUBLICA CIVITATUM LIBERARUM.**

A. Tituli qui non sunt in Corp. Inscript. Graecar.

#### **I.**

**O**rchomeni in monasterii Deiparae Panagiae ecclesia basis semicircularis, respondens alteri basi quae est ibidem et titulum habet Boeckhianum n. 1593. Quum lapis valde detritus ac praeterea inversus sit, olim de legenda inscriptione desperatum est: sed descriptis nuper et edidit Ernestus Curtius in Museo Rhen. Philolog. a. 1842 p. 106 sq. n. 7.

ΘΙΟΣΤΟΥΧΑΝΑΓΑΘΑΝΑΡΙΣΤΟΛΑΜΩ  
ΜΝΑΣΙΓΕΝΕΙΩΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΔΙΚΟ ΘΙΩΝΟΣ  
ΕΛΕΞΕΛΕΛΟΧΟΗΤΟΛΑΜΩΙ Σ ΡΙΟ  
ΔΙΟΣ . . ΡΙΛΑΟΛΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΠΡΟΞΕΝΟΝΗΜΕΝ  
5. . . ΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΕΡΧΟΜΕΝΙΩΝ ΝΕ  
. . . ΕΝΑΥΤΥΓΑΣΚΗΦΥΚΙΑΣΕΠΠΛΑΣΙΝΚΗΑΣΦΑ  
ΛΙΑΝΚΑΙΑΣΟΥΛΙΑΝΚΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘΑΛΑΤΤΑΝ  
ΟΛΕΜ ΚΗΙΡΑΝΑΣΙΩ ΚΗΑΥΤΥΚΗ ΓΟΝΟ  
ΑΛΛΑΝΑΝ ΘΑΠΕΡΚΗΤΟΙ ΑΛΛΑΟΙΣΗΡ  
10 ΞΕΝΟΙΣΚΗΕΥΕΡΓΕΤΗΣΓΕΓ ΛΙΠΗ

Θιδες τοιχαν ἀγαθάν · Άριστοδάμω  
Μηασιγενείω ἄρχοντος Ἔνδικο[ς] Θίωνος

Ἐλεξε· δεδόχθη τ[ῷ] δάμῳ, [Διοσκούρου] φίδαν  
 Διοσκούριδας Ἀλεξανδρεῖα πρόξενον [εἶ]μεν  
 5. καὶ εὐεργέταν τᾶς πόλιος Ἐρχομενίων [καὶ] ε-  
 [ἰ]μεν αὐτῦ γὰς καὶ Φυνίας ἐππασιν καὶ ἀσφά-  
 λιαν καὶ ἀσονλίαν καὶ πατὰ γάν καὶ πατὰ θάλατταν  
 καὶ πολέμῳ καὶ ἴρανας ιώ[σας], καὶ αὐτῦ καὶ [ἐσ]γόρο-  
 ις τὰ] ἄλλα [πά]ντα καὶ θά[ά]περ καὶ τοῖ[ς] ἄλλοις πο[ο-]  
 10 σένοις καὶ εὐεργέτης γέγραπτη.

De mira dialecti in proferendis vocalibus inconstantia Ahrensius monuit de dial. ling. gr. II. p. 521; ad eiusdem auctoritatem accentus posui, v. p. 515. Scripturam *TOI δάμῳ* tamen, quum ille II. p. 520 maluerit *τοῖ δάμοι*, ego propterea in *τῷ δάμῳ* mutavi, quod minus credibile duco, Curtium dedisse *ΑΛΙΩΙ* pro genuino *ΑΛΜΟΙ*, quam *TOI* pro *TΩΙ*, scilicet elemento Ω iam non satis conspicuo. In aliis titulis, ubi ut hic est *αὐτῦ*, habetur *τῦ δάμῳ*: n. 1562 sq. Tum v. 4 mutatione fere nulla scripsi εῖμεν, quia ἔμεν non videtur Boeoticum esse, Ahr. I. p. 211, II. p. 520. Curtius vocalem tenuit conferens lapidis scripturam n. 1563. c. 3; diphthongum commendat, nisi fallor, etiam *E* in fine v. 5 de infinitivo superstes.

Titulus, ut n. II et III, in universum eius est aetatis, qua Orchomenus Philippo vel Alexandro auctore iam restituta erat, O. Mueller. Orchom. p. 423 n. 4. Fortasse saeculo ante Christum tertio lapides illi non sunt antiquiores. Initum idem est quod n. 1564; Θεὸς τύχαν habetur n. 1565 in eiusdem generis decreto; item proxenia Delphica incipit a formula Θεὸς τύχαν ἀγαθάν apud Rossium Inscr. Gr. Ined. fasc. I n. 67 (coll. Curt. Anecd. Delph. p. 56), servorum manumissiones ap. eund. n. 73 et ap. Curt. n. 39. b et c; v. Boeckh. C. J. Gr. I p. 10. a, Franz. El. Ep. Gr. p. 318. 7. Ipsius proxeniae rationem et formulas egregie nuper Meierus illustravit (Comment. de proxenia sive de publico Graecorum hospitio, Halis Sax. 1843), quem confer ad ἐππασιν v. 6 p. 19 n. 173, et ad ἀγάλ. κ. ἀσονλ. p. 18 n. 172. V. 2 Ἀριστόδαμος: vid. n. II v. 19 et de Aristodemo Thebano Θηβαικῶν scriptore Westerm. ad Voss. de Hist. Gr. p. 182 n. 22 (schol. Theocrit. VII. 103). Archon eponymus praeter morem in reliquis inscriptionibus Boeotis observatum πατρόθεν appellatus est; eandem varietatem tituli Attici monstrant, v. Anal. Epigr. et Onom. p. 17 n. 1 et p. 250. Convenit autem cum Μυασιγενεῖοι Μυασιγένης Βοιώτ[ιος] in Le-tronnei titulo (Recueil des Inscript. Grecq. et Lat. de l'Egypte n. XXXIV. 4 p. 409), de quo Joh. Franzius bene meruit in Berl. Jahrb. f. w. Kr. 1843 p. 749. Ib. quod est nomen proprium Ἑρδικος, in lexicis desideratur. Οἰων Orchomenius, ut hic, recensetur infra

n. III. 32 ex Ahrensii restitutione II p. 518; Thebanus a Papeo allatus est in Lex. Nom. Propr. de Mionneti numo, adde C. J. Gr. n. 225. 4 Θέων Θηβαῖος γῦλει. V. 3 Λιοσ-  
ζουρίδαν mea est conjectura; v. 4 Curtius: Λιοσζορίδαν, alterum malui propter spatium  
amplius. Nec in hominis peregrini nomine vocalem ω pro ου requiro. De forma Ἀλεξαν-  
δρεῖα v. Ahrens. I. p. 205. Quae vero Alexandria intelligi debeat, latet; n. 1564. 5. est  
Ἡλεῖα ἀπ' Ἀλεξανδρεῖας. Credideris, illa aetate urbem Aegyptiam facilime simplici  
nomine designatam esse; anceps tamen est iudicium: Ἀλεξανδρεῖστι τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου  
βασιλεύοντος Πτολεμαίου τοῦ Πτολεμαίου Curt. Anecd. Delph. n. 56. V. 7 verba καὶ  
κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν in Curtii exemplo minusculis scripto nescio quo casu exci-  
derunt. Scriptura autem ΘΑΛΛΑΤΤΑΝ, quae est in Mus. Rhen., debetur oscitantiae  
typothetae: id quod Curtius per Franzium mihi consulenti significavit. Idem vitium commisit  
Pouquevillius n. 1563. a. 6. Nihilominus tamen non est prorsus exploratum quod Ahren-  
sius statuit I p. 177, Boeotos duplicationem liquidarum ignorare. Nam indubia eius usus  
exempla sunt in titulo Thebano Πολέμων, cuius MM duobus apographis confirmatur Lu-  
dolphi Stephani (Reise durch einige Geg. d. noerdl. Gr. n. 65 v. 3) et G. Kramer in Da-  
vidoffii Itinerario vol. II n. XXXII p. XXX; tum Εὐχόννεις in titulo Orchomenio inedito  
(Μασιζλεῖς Εὐχόννιος) quem Curtii humanitati accéptum referto; Μελάννιος C. J. n. 1593.  
6, Μερνίδαι ib. 9 et ΧΑΙΡΡΟΝΕΑ n. 1679. Alia quae non solis Boeotis propria sunt,  
ut Σιμιίας (Meinek. Fr. Com. Gr. III p. 549, Delect. poet. anthol. Gr. p. 100.), aut origi-  
nem habent minus certam, ut Μέλων (Plutarch.) s. Μέλλων (Xenoph.), et Φίλλιος n. II. 4,  
et Μύδδιχος, de quo v. ad n. III. 34, sciens praetereo.

Reliqua inde a v. 8 bene Curtius supplevit. Annoto hoc unum, verbum γέγραπτη (Ahr. II p. 520), cuius loco in aliis Boeotorum proxeniis aut nihil omnino habetur aut  
ὑπάρχει (n. 1567, ut Delphis C. J. n. 1693, Ross. I n. 67, 27, Ulrichs. Reis. und Forsch.  
in Griech. I p. 67), reperiri in Corcyraeis quoque titulis C. J. n. 1842 — 4. Nec inusita-  
tum erat δίδοται (C. J. n. 1542, n. 1773, Stephan. n. 15 — 17, Meier. I. I. p. 15) vel δέδοται,  
n. 2267 — 9.

## II.

„Ibidem, ecclesiae muro intrinsecus insertus magnamque partem calce obductus, quare  
non totus legi potuit“ Curtius l. l. p. 108 sq. n. 8.

ΦΙ . Ο . ΩΜΩΡΧΟ . . . . ΟΙΩΤΟΙΣΕΡΧΟΜΕ  
ΟΙΣΛΕΘΙΟΓΝΕΙΤΙΛΑΟΗΟΛΕΜΑΡΧΙΟΝΤΩΝ  
ΕΥΧΑΡΙΛΑΟΛΑΜΑΤΡΙΧΙΩΚΑΦΙΣΙΛΑΟ ΕΑ  
Δ . ΑΣΙΩΦΙΛΑΛΙΟΣΠΟΤΑΜΟΔΩΡΙΩΓΡΑΜΜΑΤΙΔ

- 5 ΟΝΤΟΣΤΟΙΣΠΟΛΕΜΑΡΧΟΙΣΠΟΛΥΡΕΙΤΩΘΙΟ  
ΚΟΥΔΕΙΩΤΟΝΗΡΑΤΟΝΕΣΤΡΟΤΕΥΛΩΗ  
ΜΝΑΣΙΔΙΚΟΣΑΘΑΝΟΛΩΡΙΟΣΠΟΥΘΙΑΣΘΙΟΔ  
ΟΤΙΟΣΘΡΑΣΥΛΛΟΣΤΙΜΑΣ . . ΙΩΠΠΩΝΑΘΑΝ  
ΟΔΩΡΙΟΣΑΠΟΛΛΟΛΩΡΟΣΟΛΥΜΠΙΧΙΟΣΚΟΡΕΙΑ
- 10 ΔΑΣΞΕΝΩΝΙΟΣΕΥΠΟΜΠΟΣΚΑΛΛΑΓΙΤΟΝΙΟΣΠΟ  
ΘΩΝΑΜΙΝΟΚΛΕΙΟΣΚΑΛΛΑΙΚΡΑΤΕΙΣΑΓΑΣ  
ΙΟΣΠΟΥΘΘΑΛΩΡΟΣΟΡΝΗΟΣΤΙΜΟΛΛΕΙΟΙ  
ΟΡΙΧΙΟΣΕΥΡΥΛΟΧΟΣΦΑΣΤΙΝΙΟΣΠΤΩ  
ΑΝΑΣΙΩΝΟΣΑΜΙΝΙΑΣΤΙΜΩΝΙΟΣΑΓΕΙΣΑ
- 15 ΑΡΟΣ . ΙΑΩΝΙΟΣΚΑΦΙΣΟΔΩΡΟΣΛΑΚΡΑΤΙ  
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣΑΡΙΣΤΟΙ  
ΝΕΣΧΙΛΑΥΛΕΙΟΣΛΕΥΞΙΠΠΟΣΟΛΥΜΠΙΧΙΟ  
ΔΙΟΝΙΟΥΣΙΟΣΤΕΛΕΣΑΡΧΙΟΣΚΑΛΛΑΙΑΣ  
ΝΙΚΟΚΛΕΙΟΣΙΜΝΑΣΙΝΙΚΟΣΑΡΙΣΤΟΙ
- 20 ΑΜΙΟΣΩΝΑΣΙΜΟΣΒΙΟΤΤΩΓΛΑΥΚΟΣΚΑ  
ΙΑΙΩΝΙΟΣΜΝΑΣΙΘΑΛΛΕΙΣΘΙΟΠΟΜΠΙΟΣΣ  
ΑΘΩΝΟΜΟΛΩΧΙΟΣΕΥΑΤΤΕΛΟΣΘΙΟΤΙ  
ΜΩΜΕΝ . ΔΑΜΟΣΘΙΟΤΙΜΩΕΡΜΩΝΑΘΑΝΗ  
ΟΣΜΝΑΣΙΩΝΜΝΑΣΙΘΙΩΝΛΑΜΙ . . ΩΝΣΛΑΜΙ
- 25 ΧΙΟΣΜΥΡΤΩΝ ΟΜΦΟΡΩΝ  
ΙΟΣΚΑΡΑΙΧΟΣΤΙΜΑΝΑΡΙ

Φι[λ]ο[κ]άμω ἄρχο[ντος Β]οιωτοῖς, Ἐρχομε[νί-

οις δὲ Θιογνειτίδαο, πολεμαρχιόντων

Ἐνχαρίδαο Δαματριχίω, Καφισιάδαο —

— , Φι[λ]λιος Ποταμοδωρίω, γραμματίδ[δ]

5 οτος τοῖς πολεμάρχοις Πολυ[ν]ήτῳ Θιο-

ζουδείῳ το[ι] πρᾶτον ἐστροτεύα[ον]

Μνασίδικος Ἀθανοδώριος, Πονθίας Θιοδ-

ότιος, Θρασύλαος Τιμασ[ιθ]ίω, Ἰππων Ἀθαν-

οδώριος, Ἀπολλόδωρος Ὁλυμπίχιος, Κορει[ά-

10 δας Ξενώνιος, Εὔπομπος Καλλιγιτόνιος Πο-

νέ]θων Ἀμινοκλεῖος, Καλλινράτεις Ἀγασ-

τῆ]ος, Πονθόδωρος Ὁρηνῆος, Τιμό[μ]ει[λ]ος

Μ]ορίχιος, Εὐρύλοχος Φαστίνιος, Πτω[ίων

Φ]ανα[ξ]ίωνος, Ἀμινίας Τιμώνιος, Ἀγείσα-

15 ν]δρος [Σ]ιλώνιος, Καφισόδωρος Λαυράτ[ειος,

- <sup>2</sup> Αριστοκλεῖς <sup>3</sup> Αρίστωνος, <sup>2</sup> Αριστο[φά-]  
νε[ι]ς [Φ]ιλο[κλ]εῖος, Δεύξιππος <sup>2</sup> Ολυμπίχιο[ς],  
Δι[ω]νιούσιος Τελεσάρχιος, Καλλίας  
Νικονέλιος, Μνασίνικος <sup>2</sup> Αρίστοδ-
- 20 άμιος, <sup>1</sup> Ογράσιμος Βιόττω, Γλαύκος Κα-  
ραώνιος, Μνασιθάλεις Θιοπόμπιος, Σ-  
άθων Όμολωτζιος, Εὐάγγελος Θιοτί-  
μω, Μεν[έ]δαμος Θιοτίμω, Έρμων <sup>2</sup> Αθανιη-  
ος, Μνασίων Μνασιθίω, <sup>1</sup> Επ[α]μί[ν]ων Σαμί-
- 25 χιος, Μέρτων [Συ]μφόρω — — — — —  
— Καράγιος Τιμάνδριος:

Catalogi, quibus novi milites primum stipendium merentes recensentur, lapidibus auctoritate publica inscripti adhuc in sola quod sciam Boeotia repertii sunt: C. I. n. 1574—5, infra n. III et IV. De simili Atheniensium instituto vide scholiast. Aristoph. Pac. 1184: εἴτα προστὰς πρὸς τὸν ἀνδριάντα τὸν Πανδίονος | εἶδεν αὐτόν] εἰς ἐστι τῶν ιβ' ἀν-  
δριάντων ἐν οἷς ἐγράφοντο οἱ στρατιωτικοὶ κατάλογοι καὶ τὰ κηρύγματα — et: ἐπει-  
δὴν κατάλογον δεήσῃ γενέσθαι στρατείας, προσγράφοντες τὰ ὄνόματα τῶν καταλεγο-  
μένων ἐπὶ ἐνὸς προτιθέασι τούτων τῶν ἀνδριάντων, ὑπὲρ τοῦ φανερὸν ἐκεῖσε γενέσθαι  
τοῖς καταλεγομένοις. schol. Equit. 1369 ὁ πολίτης ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ] ἐν τοῖς πλ-  
ναξιν, ἐφ' ᾧν ἐνέγραφον τῶν ἐκστρατευομένων τὰ ὄνόματα; Wachsmuth. Hell. Alt. II p.  
312 ed. 2. Atque eidem usui tabulae inserviebant Syracusanorum, a Plutarcho commemo-  
ratae in vita Niciae c. XIV.: Λαμβάνοντι (naves Athen.) ταῦν πολεμίαν σανίδας κομι-  
ζουσαι εἰς ἃς ἀπεγράφοντο κατὰ φυλὰς αὐτοὺς οἱ Συρακούσιοι. κείμεναι δ' ἀπωθεν τῆς  
πόλεως ἐν ἴερῷ Λιός <sup>2</sup> Ολυμπίου τότε πρὸς ἔξετασιν καὶ κατάλογον τῶν ἐν ἡλικίᾳ με-  
τεπέμψθησαν. Sed ab hoc diverticulo, cui lectores aequi veniam dabunt, iam ad titulum  
Boeotium redeamus, in quo mixtam quandam dialecti rationem conspici Ahrensius annotavit  
II p. 521.

V. 1. Curtius Φιλοβάμω vel Φιλοκάμω proposuerat p. 109. Ego hoc praetuli  
propter titulum Ulrichsii p. 247 v. 1 (n. X. 1.) ἄρχοντος Βοιωτοῖς Φιλοκάμῳ Αντιγενεῖω  
Θεισπιεῖος, qui homo aperte idem est. Olim eum concilii Boeotorum archontem, cui in  
aliis inscriptionibus (n. 1565. 2, n. 1570. a. 1, n. 1573. 1, n. 1575. 1) patria non est ad-  
dita, fortasse semper Thebanum fuisse ex n. 1593. 4 Boeckhias coniecerat C. J. v. I p.  
729. a et Osannus Syll. p. 216 probavitque Franckeus Der boeot. Bund., Wismar 1843,  
p. 20. Iam tituli duo, quibus Philocomus Thespensis illo munere fungitur, etiam aliter

factum esse demonstrant. Quamquam per se satis est probabile, haud raro Thebanos archontes communis Boeotorum creatos esse, iis potissimum temporibus, quibus illa urbs principatum Boeotiae habebat.

Titulos vero istos duo, in quorum altero Ulrichiano v. 3 unus ἀρχεδριατευόντων Thebanus est, si brevi post restitutas à Cassandro Thebas (Olymp. 116. 1 Mueller. Orchom. p. 423) scriptos esse, cum Ulrichio statnis, apparent simul causa, cur summus foederis magistratus civis urbis alius non Thebarum fuerit; carum enim res etiamtum satis attritas fuisse coniicias, v. Wachsmuth. Hell. Alt. I p. 710. Thespenses autem aetate Demetrii Poliorcetae non infimum inter Boeotos locum tenuisse, Plutarchus ostendit Dem. 39: Πίστος τοῦ Θεσπιέως, ὃς ἐπράτευε δόξην καὶ δυνάμει τόπε. Polemarchos tantum tres fuisse non sex, quae Boeckhii erat computatio v. I. p. 730. b ex inscriptionibus n. 1573—4 ducta, bene Curtius intellexit p. 110; nam Λεματρική et Ηοταμοδωρία adiectiva sunt patronymica. Eundem numerum, quod Curtium fugit, titulus Leakeanus n. 37 v. 6 sq. (nobis n. III.) praebet. V. 3—4 mihi multa tentanti non contigit, ut ex elementis traditis adiectivum patronymicum aut nomen proprium excusperem quod satisfaceret. Neque Curtii Πεδαβασίω (ut Ὁφειβάστιος Lobeck. Pathol. 421) videtur verum esse, licet pater Caphisiadae nomen in ασσος terminatum habuerit (Πέρμασος, Περμάσιχος tit. Ross. Thesp., Ἰππασος, Γόργασος, Νίκασος, Κύβδασος, Ἀντασος, Ἰασος, Σεζέδασος). V. 4 Φιλλίος legendum esse iam antea suspicatus sum in Jahnii et Klotzii Annal. XXXVII. 2. 200; idem Ahrensio placuit II. p. 522. Nominativus nescio utrum Φιλλῆς sive Φιλλεις (ut Κιλλῆς Plutarch. Demetr. 6, C. J. n. 2561. b. 2), an Φιλλῖς fuerit. Αγρίμαχος ΦΛΑΛΟΥΣ i. e. Φιλλονς est in Curt. Anecd. Delph. n. 19. 2 p. 65, ubi editor Φιάλου scripsit; sed cum illo convenit Φιλλέας item Delphus ap. Curt. n. 9. 12 et Φιλλίας Arcas C. J. n. 1514. 2 (Ahrens. I. p. 213). Φιλλῆς Ἡλεῖος ap. Pausaniam VI. 9, 4 codicum fide contra suspicionem Φιλνν (c. XIV, 11) defenditur; add. Kraus. Olymp. p. 354. Nomen Φιλλῖς autem exemplis probatum est a Meinekeo Delect. poet. anthol. Gr. p. 134. Accedit Φιλλίδας et ipse Boeotus, a Xenophonte et Plutarcho commemoratus, siquidem haec vera est nominis scriptura. In Pelopidae vita VII. 16 libri ut videtur omnes Φιλλίδας habent, annotavitque Sintenisius, probabiliter Coraen hic et deinceps Φυλλίδας emendas coll. Schneider. ad Hellen. p. 359. Sed c. X. 2 in codicibus est Φιλλίδας (quamquam ibi Φιλιππος restituui debet), atque sic librum optimum A cum V<sup>b</sup> et editionibus antiquissimis deinceps (lin. 10 et 30 et XI. 14) constanter exhibere docet editor. Idem tamen Φιλλίδας reliquit c. IX. 10 et 18, quia duplex liquida ibi tantum in duobus libris, MV<sup>b</sup>, iisque non praestantissimis legitur. Contra Φυλλίδας scriptum est locis omnibus, qui satis multi sunt, in libello de genio Socratis vel a recentissimo editore Duebnero. Verum huic auctoritati propterea non multum tribuo, quod

codices in facienda editione ista minus accurate excusso esse constat. Neque apud Xenophontem lectio Φυλλίδας prorsus certa est: sed ibi quoque (V. 4, 4) duo libri habent Φιλλίδας, unus Φιλίδας. Nec bene a Schneidero l. l. correctum esse arbitror: (βοιωταρχῶν) Πνθάγελος δὲ Φυλλίδου ap. Thucyd. II. 2, cuius codices plurimi Φυλείδου habent, duo Φιλίδου, quemadmodum Φιλλίδας et Φυλίδας in aliis quoque scriptoribus librariorum errore promiscue habentur, v. Schweighaeuser. ad Polyb. IV. 77, 6. 78, 1. 79, 2, ubi etiam Φιλλίδας est: Φιλίωνος et Φιλλίωνος Diog. Laert. IV. 38; Φίλα et Φίλλα Plutarch. Demetr. 14; Curt. An. D. n. 11 Πολλύα et Πολύα, Πολύας Herod. VIII. 21; στήλη et in titulis haud raro στήλη. Addam denique, aliud nominis Φυλλίδας exemplum, quod quis afferre possit ex tit. Delph. n. 1690. 13, et ipsum incertum esse. Nam ibi Dodwellus dedit: Φ. ΛΛΥΔΑΣ, illud a Boeckhio restitutum est.

Tum nomen Ποταμόδωρος annotandum est lexicographis ut Ααιμάτριχος v. 3, de quo v. ad n. III. 12. Ib. γραμματίδ[δ]ιοντος emendatio est Curtii, v. Ahr. I p. 175. 2. V. 5 Πολυχρίτω repetitum a me est ex Boeckhii titulo n. 1574. 6 (Ulrichs. p. 203 n. 21). Curtius scripserat Πολυρείτω, quod Ahrensius quoque II p. 521 dubium videbatur. V. 6. idem vir doctissimus pro eo quod Curtius dederat τὸν πρᾶτον ἐστροτενάθησαν, scil. στροτόν vel. στόλον p. 110, collata inscriptione Leakeana n. 37, 27 (nobis III), ubi est ΕΣΤΡΟΤΕΥΑΟΗ, optime II p. 517 (524) τοὶ πρᾶτον ἐστροτεύασον coniecit; alia exempla contractionis neglectae (nomina in —λαος, Εὐδονφάων, πόλεσο Aristoph. Acharn. 870 Dindorf.) collegit II p. 522. Verbum autem στροτενάω probari videtur imperativo καταδονλεάτω in Ulrichsii titulo Tithor. IV. 18 Mus. Rhen. a. 1843 p. 557, quae forma est pro καταδονλεάτω ut sunt Ἐπικερίς ap. Ross. Inscr. Ined. I n. 74. b 2, 7, 8 p. 33, ἐπισκεάζειν C. J. n. 1838. b. 6 συνεθήκας ib. 12 (Ahrens. II p. 188, Franz El. Ep. Gr. p. 151. 3), κατεσκέασεν n. 2344. 3, ἐπισκεάσαστα n. 3524. 24, κατεσκέασαντες n. 3953, g, συνεαργεστεόντων de mea conjectura in Curt. An. Delph. n. 24, 3 (. YMEΛΡΕ), ἀπελεθέρα Osann. Syll. p. 430, ἀναπάσται ib. 433, Άγονστα n. 3989. b v. III p. 63. b, n. 1324. 6; de ΕΑΤΟΥ i. e. ἔαντοῦ infra agam ad Boeckh. inser. n. 1625. 65.

Imperfecti ratio est eadem, quae in verbis γραμματεύειν, ἐπιστατεῖν, διδάσκειν, αὐλεῖν, νικᾶν, ποιεῖν cernitur, v. Bernhardy in Synt. Ling. Gr. 373. Contra recte habet aoristus verbi ἀπογράφεσθαι n. IV et C. J. n. 1574. 2. V. 8 Τιμασιθίω Curtio debetur; ib. Ἄπων nomen est etiam in lapide sepulcrali, qui nunc ecclesiae Taxiarchi prope Coronam insertus est. Dedit hunc titulum ex Finlayi apographo Leakeus Trav. in the north. Gr. II. 135 („in characters of the best times“), misitque apographum Boeckhio Rossius. V. 9 Ὁλυμπίχιος : Ὁλυμπίχου Κορωνέως mentionem Polybius fecit XXVII. 1, 9, Thebani titulus n. VIII. 32. Redit nomen infra v. 17. De nominis Κορετάδας (v. 9—10) integri-

tate maxime propter diphthongum dubito. Nota sunt nomina *Κεφισιάδας* (v. 3), *Κορονάδης* Thesp. n. 1542. 8 et *Κοιρατάδας* Theban. Xenoph. Anab. VII. 1, 33 Hellen. I. 3, 15 Lobeck. Pathol. p. 350 : fortasse unum ex his in lapide fuit. V. 10 *Καλλιγίτορες* in Boeotia non rari sunt : n. 1593. 12 Orop. n. 1574. 12 Cop. et Orchomenius ut hic n. 1673 ex emendatione Boeckhii, quam novum Curtii apographum confirmat.

V. 10 *Πούθων* (sic iam Curtius) Orchomenius', sed Automedis filius est ap. Ulrichs. p. 247. 2 (n. X); Oropius n. 1593. 12; *Πουθόδωρος* in tit. Curtii Orchom. V. 11—2 *Ἀγασιῆος* pro Curtii *Ἀγέσσιος* acceptum refero Ahrensius II p. 526 : tit. Ulrichs. I. l. 4 *Ἀριστοκλεῖος* *Ἀγασιήως*; v. Anal. Epigr. p. 216. V. 12 *Ὀρνιῆος* num sanum sit nescio; suspiceris *Ἄρνιῆος* (*Ἄρνιας* Thess. ap. Pap., Ross. Inscr. Ined. I n. 74. b. 20 Stir.), sed mutare non audeo. Ib. *Τιμόμειλος* dedi post Curtium; v. ad n. III. 8. Tum *Μορίχιος*, quae et ipsa Curtii est emendatio, certum potest videri; nam ut nihil tribuam scripturae lapidis C. J. n. 229. 13 ἐπὶ *Μορίχιδον* quam pro falsa habet Boeckhius p. 352. b cl. Lud. Dindorf ad Diod. Sic. I. 496, 93, ὁ νομεὺς *Μόριχος* est ap. Leonid. Tarent. XXVI, 1 (Lobeck. Pathol. p. 341). Non obsum tamen, si quis mavult *Μορίχιος* : *Μύριχος* i. e. *Μοίρης* est n. 1579. I et n. III 34, Ahr. II p. 520. Diphthongus autem *oi* in hac nostra inscriptione non mutatur in *v*; vid. v. 1, 2, 5. V. 13 *Φαστίν*. v. Ahrens. II p. 516, Unger. Theb. Parad. 149. Formatum est nomen ut adiectivum *ἀστιζός* Lobeck. Path. p. 340, nisi fuit *Φαστίνιος* ab *Ἀστευτος* ductum. V. 13—4 Curtius : *Πτω..ανας Ἰωνας*, Ahr. II p. 526 : *Πτωῶν Μνασίωνος*. Et in prius quidem nomen, Boeotis satis frequens, ego quoque incideram; pro altero dedi *Φαναξίωνος* ad exemplum C. J. n. 1574. 4 (*Ἄραξις* Boeot. Diod. Sic. XV. 95), quae restitutio aequa probabilis videtur. Ita n. 1591. 34 Boeckhius *ΑΝΑΣΙΚΛΕΟΥΣ* in *Ἀραξιζλέοντος* refinxit et Papeus *ΑΝΑΣΙΜΒΡΟΤΟΣ* numi Magnesiae in *Ἀραξίμβρο*. Ib. spiritus asper nomini *Ἀγείσανδρος* bene a Curtio praefixus est: C. J. n. 1637 *ΗΑΓΕΣΑΝΔΡΟΣ*, Ahr. I p. 168 II, p. 516 (quo tamen loco *HEPMELA* legendum videtur: nam sic titulum sepulcrealem a Rossio missum habere in meis schedis annotatum reperio) et p. 519. *Ηγήσανδρος* Thesp. est apud Thucydid. VII. 19. V. 15 *Σιλάντιος* tantum exempli causa a me positum est: n. 1577. 2 Suid. s. v. Potest etiam *Μιλ.* scribi (n. 1608 f. 21. 25. 26), aut cum Curtio *Φιλ.* coll. n. 1575. 4. 9. Ib. *Λακράτειος* Ahrensius scripsit II. 526, editor dederat *Λακράτιος*. Idem nomen Boeckhius de coniectura titulo n. 1670. 1 intulit; *Λακράτης* Theb. est ap. Diodor. Sic. XVI. 44. 47. 49. Tum *Caphisodoros* ex inscriptionibus quinque Curtius attulit p. 111; addo tit. Rossii ineditum qui est Lebadeae, n. III. 7. (Leak. n. 37) et *Κηφισόδωρον* Demosth. XXXV. 14. V. 16—7 petrii *Ἀριστοφάνεις* ex n. 1638, coll. Voss. de Hist. Gr. p. 403 West. In promptu tamen esse etiam *Ἀριστογένεις* et *Ἀριστομένεις*, me non fugit. Curtianum vero *Ἀριστο..νες*

nihil est. Nec quod ille v. **17 ΧΙΛΟΥΔΕΙΟΣ** Χιλουδεῖος intactum reliquit, ego quidem probo; non enim video, unde forma duci possit. Facilius tulerim patronymicum Χιλουδῆος i. e. Χιλουδαῖος derivans a Χιλύδης s. Χιλούδης (Ahrens. I p. 188. **215**, II p. 527. 535), nomenque primitivum Χίλης in usu fuisse statuens iuxta alterum Χίλων ut sunt: Φίλων, Ἰέρων Ιέρων, Βάθυς Βάθων, Φίντων Φίντων, Ἰππων Ιππων, Ἀριστύδης (n. 2338. 28. 112) Ἀρίστων, Νείκων Νείκων. Quam rationem si improbas — et sunt quibus non magnopere Κρονιδῆος placet, Corinnae ab Ahrenso I. l. restitutum — vide num liceat in titulo difficulter lecto pro **ΧΙΛΟΥΔΕΙΟΣ** coniicere **ΦΙΛΟΚΛΕΙΟΣ**. Φιλοκλῆος Thebanus est n. **1587. 10**, Lebad. n. 1668. Ibid. de Δείξιππος v. Ahrens. II p. **517**. Zeuxippus Boeotos sistunt titulus Leakei n. **42** (n. XVII), Polybius XVIII. **26**, 5 sq. XXII. **2**, 4 XXIII. **2** et Livius XXXIII. **27. 28.** V. **18 Διωνιόσιος** Ahrens. II p. **521** in fine scripsit (v. n. III. **25**); eundem confer de ιου p. **519.** V. **20** Curtiano Ὡνάσιμος praferendum erat Ὄνασιμος, quod Ahr. dedit II p. **526**; conf. n. III. **13, 17** Orchom., n. **1574. 24** Εὐφρονίσκος Ὄνασιμος Cop., Ὄνασιμος Κορωνεύς n. **1587. 8**, Theb. n. **1681. 3**, atque Ὄνᾶς, quod ex Mionneti numo Boeotio Papeus protulit, fuerit **ΟΝΑΣΙΜΟΣ**. Ib. *Bίοττος* Boeot. est ap. Leakeum I. l. n. **66**. V. **20—1** emendationem Curtii satis lenem, sed dubitanter ab illo propositam, Καραιώνιος recipere, quam cum Ahrenso **Καλλιώνιος** (II p. **526**) corrigere malui. Nam Καραιών viri nomen clare legitur in tit. sepulcr. inedito, quem in ecclesia vici S. Georgii prope Coronam servatum Rossius descriptit. Fictum autem est id nomen pariter atque **Καράϊχος** v. **26**, C. J. n. **1573. 2** n. **1575. 8** a **Κάραιος** s. **Καραιός** Jovis in Boeotia culti cognomine (Unger. Theb. Parad. p. **463**, Meinek. Fragm. Com. Gr. I. **85**), quemadmodum habentur Ἐρμαῖος, Ἐρμαῖων C. J. n. **1893**, Ἐρμαῖνδας Theban. ap. Thucyd. III. **5**, Ἀθήναιος, Ἀθήναιῶν C. J. n. **3794. 3. 6. 15**, Ἀθηναῖος Theognost. Canon. p. **29. 3.** Diphthongus vero αι pro η videtur eodem iure tolerari posse, quo est in Ἐρμαῖω n. **1573. 2** (Ahr. I p. 188 n. **2** Ἐρμαῖω), et in titulo satis antiquo Thebano n. XII, quem Curtius mecum communicavit (**ΘΕΟΚΚΩΕΡΜΑΙΩ**), licet in eodem sit *Ποτειδάωνι ἐμπνήσο[ι]*. V. **21—2** nomen **Σάθων** Curtio propter obscoenitatem, opinor, indignationem movit, unde interrogandi signum ille apposuit; sed cf. Papei lex., Menag. ad Diog. Laert. III. **35**, Phot. lex. **Σάθων**. ἑποκόρισμα παιδίων ἀδέένων. οὕτως Τηλεκλείδης (Meinek. Fr. Com. I p. **377**), cui non prorsus dissimile, quod Augustus saepe Horatium putissimum penem appellavit. Atque huc pertinent **Λαισποδίας**, **Κερκάλας** s. **Κερκίλας** (Neue Sapph. Mytil. Fr. p. **2**, Lobeck Pathol. **125**), **Φαλῆς** Aristoph. Acharn. **263.** V. **22.** Ὁμολάίχος nomen fuit in Boeotia satis frequens; ductum est ab Iove qui dicitur ὅμολάιος (Boeckh. C. J. I. p. **733** b, Ahrens. I p. **76** n. **4**) sive ὅμονῶος Boeckh. v. II p. **870** b. Scriptura Ὁμολάίχος aliquoties annotata (Unger.

Theb. Parad. p. 464) vitium contraxit, nam omega ubique fide optimorum testium nititur, nec Boeotica πατροῖος, ἡροῖος (Ahrens. I p. 193 n. 9) contulisse inverit. Exemplis autem iam a Papeo collectis (Plutarch. Syll. 17, C. J. n. 1577. 7) adde n. 1590. 3, n. III. 32, n. V. 8, titulos Rossii ineditos duo unum in ecclesia Taxiarchi prope Coroneam, alterum Thisensem (Ομολωΐχε, Καβετρίχα χαροετε), inscript. Stephan. n. 36, 2; Ομολωΐς est in tit. Rossii Anthedonio. V. 24 Curtius Μησίων Μησιθίων, Δαμ...ων, sed Μησιθίω scriendum fuisse Ahrensius intellexit II p. 526. Statim quod finxi Ἐπαυλῶν, me non pro certo venditare, vix est quod dicam. V. 25 Curtius sine causa Μούρτων scripsit, Ahrens. II p. 521. Tum Συμφόρω, quod ego conieci, non videtur probabilitate aliqua carere; id nomen Boeoti est Holmonii, si Curtius recte titulum Boeckhii n. 1755 Boeotiae vindicavit, Mus. Rhen. 1843 p. 113. n. 10, 14. Nolui autem Συμφόρω ponere, quod est Πολυκρότω v. 2, Θρασύλαος v. 8, Ολυμπίχιος v. 9, Εὐρίλοχος v. 13, Μύρτων v. 25, cf. Ahr. I p. 181, II p. 519, 521. V. 26 pro Τιμάνδρω, quod Curtius dedit, potes etiam: Τιμανδρίδαο ut n. 1574. 5.

## III.

*Orchomeni* in monasterio. Integrum titulum Leakeus dedit in Trav. in the north. Gr. T. II n. 37, postquam versus 18—26 (*Κτεισίαο — Καλλιμέλιος*), a Boeckhio sub n. 1573 repetitos, iam olim publicaverat.

|          |                                   |
|----------|-----------------------------------|
| I        | ΡΩΝΔΑΙΟΑΡΧΟΝΤΟΣ                   |
| A.       | ΜΕΛΙΛΑΓΡΑΥΕΙ . . . . . ΚΑΚΟ       |
| IT.. K.. | ΝΑΠΟ . . . . . ΔΗΛΑΣΙΑΝ           |
|          | ΑΝΕΙΣ . . . ΣΙΝΤΗΠΟΛΕΙΠΑΡΕΙ       |
| 5        | ΑΝΠΟΛ . . . ΑΡΧΟ . . . ΥΠΕΡΤΑΛΑΠΟ |
|          | ΑΙΟΣ ΑΝΤΙΓΕΝΙΔΑΣΕΥΚΡΑΤΙ           |
|          | ΔΑΟΚΑΦΙΣΟΛΩΡΟΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣ           |
|          | ΤΙΜΟΜΕΛΙΟΣΚΑΦΙΣΙΩΝΟΣ              |
|          | ΣΟΥΝΔΙΚΟΣΞΕΝΟΚΑΛΙΑ                |
| 10       | ΜΝΑΣΙ . . . ΝΩΦΗΔΙΜΟΣΦΛΑΟΜΕΙ      |
|          | ΩΛΓΕΙΣΛΑΟΣΦΛΑΙΠΠΩΜΑΤΡ             |
|          | ΚΑΙΛΑΣΛΑΜΑΤΡΙΝΩΕΙΣΓΟΡΕ            |
|          | ΝΑΣ . . . ΟΣΘΙΟΓΙΤΟΝΟΣΕΥΡΟΥ       |
|          | ΦΑΩΝΔΑΜΟΤΕΛΙΟΣΚΑΛΟ Δ              |
| 15       | ΔΛΣΦΛΑΟΜΕΛΑΩΣΩΚΡΑΤΕΙΣ             |

- ΜΕΓΑΛΑ ΛΑΟΤΟΟΜΟΛΟΓΟΝ . ΑΡ  
ΝΑΣΙΜΟΝΘΙΟΓΙΤΟΝΟΣ
- II. ΚΤΕΙΣΛΑΟΑΡΧΟΝΤΟΣΒΟΙΩΤΥΣ  
ΕΡΧΟΜΕΝΥΣΛΕΚΑΡΑΙΧΩΕΡ
- 20 ΜΛΙΩΠΟΛΕΜΑΡΧΙΟΝΤΩΝΑΝ  
ΤΙΓΕΝΙΑΛΑΟΕΥΚΡΑΤΙΑΟ  
ΚΑΦΙΣΟΛΩΡ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ  
ΤΙΜΟΜΕΛΑΩΚΑΦΙΣΙΩΝΟΣ  
ΓΡΑΜΜΛΑΤΙΑΛΟΝΤΟΣΤΥ
- 25 ΠΟΛΕΜΑΡΧΥΣΛΙΩΝΟΥΣΙΩ  
ΚΑΛΛΙΜΕΛΙΟΣΤΥ .. ΡΑΤΟΝ  
ΕΣΤΡΟΤΕΥΔΟΗΛΕΕ. ΝΑΟΔ  
ΝΙΑΟΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΙΣΧΙΟΝΙΟΣ  
ΚΑΙΑΡΕΤΟΣΦΙΛΑΟΞΕΝΩΛΙΟΥ
- 30 ΣΙΑΣΟΝΤΟΥΝΠΙΩΝΟΣ  
ΑΝΔΡΩΝΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣ  
ΟΙΩ. ΑΡΧΕΛΑΟΟΜΟΛΕΙΧΟ . .  
ΣΤΕΝΙΑΛΑΟΟΞΟΥΜΛΑΧΟΣΛΟΥΚΩ  
ΝΟΣΚΑΛΛΙΩΝΛΑΣΜΥΡΙΧΩ
- I — — — — ρώνδαο ἄρχοντος  
— μεὶ διαγράψει — — — —  
— — — — διπλασίαν  
— — — — τῇ πόλει· παρεῖ[σ]  
5 αν πολ[έμ]αρχο[ι ο]ύπερ τᾶ[ς] πό-  
λιος Ἀντιγενίδας Εὐνοατί-  
δαο, Καφισόδωρος Ἀρίστωνος,  
Τιμόμειλος Καφισίωνος,  
σούνδικο[ι] Ξενοκλίδα[ς]
- 10 Μηασι[ξέ]γω, Φήδιμος Φιλομεί-  
λω, Ἀγεισίλαος Φιλίππω, Μαρθ[ο-  
ν]λίδας Δαματρί[χ]ω, [F]ίστροφε[ς]  
Ὀγάσ[ιμ]ος Θιογίτονος, Εὐνο-  
φάων Δαμοτέλιος, Καλο[κλί-  
15 δας Φιλομείλω, Σωκράτεις

- Μεγαλίαο· τὸ διμόλογον [π]ᾶρ  
 Ὁνάσιμον Θιογίτονος .*
- II *Κτεισίαο ἀρχοντος Βοιωτῶς,  
 Ἐρχομεν[έ]νδε δὲ Καραΐζω, Ἐρ-*
- 20 *μαιώ, πολεμαρχιόντων Ἀν-  
 τιγενίδαιο Εὐνηρατίδαιο,  
 Καφισοδώρ[ω] Ἀριστωνος,  
 Τιμομείλω Καφισίωνος,  
 γραμματίδδοντος τῆς*
- 25 *πολεμάρχης [Ἀ]ιωνοντίω  
 Καλλιμέλιος τὸ [π]ρᾶτον  
 ἐστροτεύασ[η]. Λέξιων Ἀ[θ]α-  
 νίαο, Καλλικράτεις Χιόνιος,  
 Κ[λ]ιάρχεος Φιλοξένω, Αιον-*
- 30 *σίας Ὁ[λι]ουνπίωνος,  
 Ἀνδρῶν Ἀριστίωνος,  
 Θέλων Ἀρχελάρ[ω], Ομολ[ά]ρχο[ς] Λα-  
 σ[θ]ενίδαιο, Ὁξούμαχος Λούκω-  
 νος, Καλλιώνδας Μυρίζω.*

Quae ad restituendum hunc titulum contuli, pleraque omnia Ahrensio debentur, qui de dialecti genere exposuit II p. 520. N. I v. 1—15 pactum est conventum inter privatum aliquem vel privatos et urbem Orchomeniorum. Si cum altera aliqua civitate rem Orchomenii haberent, v. 5 legeretur *οὐπέρ τὰς πόλιος Ἐρχομενίων* (ut n. 1569. a. III. 28). Sed ab initio multa desiderantur. V. 1 Ahrens. II 525: *Xηγωνδαιο* aut *Xαγωνδαιο*. Addideris *Ἡσχ]ρ., Ἰα]ρ.*, sed sine fructu. V. 2 μεὶ διαγράψει (i. e. μὴ διαγράψῃ) Ahr. II p. 519, 523. Agi videtur de multa solvenda (*διπλασίαν*), si qua pecunia perscripta i. e. numerata (Stephan. Thes. II. 4, 1131 A, Menag. ad Diogen. Laert. II. 137) non fuerit. Eam pecuniam urbs videtur a privato mutuata esse: conf. C. J. n. 1569. V. 2—3 fortasse mentio *κατοπτάων* latet (de quibus v. Boeckh. v. I p. 731. b), et v. 4 ab in. forma verbi *δανειζεῖν*. Ibid. exspectabam τῇ πόλι; tum παρεῖσαν petii ex C. J. n. 1732. a. 40, b. 28, n. 2562. 22, n. 3175. 12. Apud Corinnam tamen (fr. 14 Schneidewin. Delect. p. 436, Ahrens. I p. 279 sive fr. 9 Bergk. Poet. Lyr. 813) ἡσθα legitur. V. 5 πολέμαρχοι est, non οἱ π., ex usu in magistratibus haud raro (n. 1570. a. 21. 26. 33), quem attigit K. W. Kruegerus in libro bonae frugis plenissimo Griech. Sprachl. für Schul. Heft II p. 87 n. 7.

Tres autem tantummodo polemarchos fuisse, ex hoc titulo apertum est. Iam quum iidem homines iterum in altera inscriptione habeantur v. 20 archonte Caraicho, v. 1 autem archon sit — *ράνδας*, aut Antigenidas, Caphisodorus et Timomelus per complures deinceps annos polemarchi fuerunt, quod tamen parum est credibile, aut novis alias anni comitiis iidem iterum creati sunt, aut mentio archontis — *ράνδαο* nihil commune habet cum anno eo quo, archonte Caraicho, Antigenidas cum collegis munere functus est, semel omnino ille polemarchus factus. Rebus pecuniariis polemarchos immixtos fuisse, Boeckhius docuit v. I p. 730. b. V 5 οὐπτέο scripsit Ahrens. II p. 520. V. 6 nomen Antigenidae in Boeotia potissimum tibicine Dionysii filio inclaruit v. Meinek. Fragm. Cosm. III p. 186—7. V. 7 Ἀριστωρος: n. II 16, C. J. n. 1569. b. 1 p. 746. b Orchom., n. 1575. 10, 15 et fortasse n. 1588. 3 Lebad., n. 1593. 9 Thesp. n. 1596, 1 Chaeron. (ubi tamen novum Rössii apographum APIΣΤΙΩΝ habet), Leak. n. 48 tab. XI Acraeph., tituli sepulcr. ined. Ross. duo (Leak. II p. 134) Coron., Curt. Anecd. Delph. n. 42, 4 Boeot. V. 8 nominis Τιμόμειλος (n. II. 12) alteram partem esse vocem μῆλον (Boeot. μεῖλον, quod Doricum est μῆλον Ahr. II. p. 145. 7 p. 153) Boeckhius voluerat v. I. p. 744. b, 745. a et post eum Ahrens. I p. 184, Franzius Elem. Epigr. Gr. p. 197 et Papens Lex. Nom. Pr. p. 22. a. Atque eiusdem originis videbantur esse Εὔμειλος n. 1569. a. I. 2 Orchom. sive Εὔμηλος Coron. ap. Ross. I n. 86. 3 (Εὔμειλίδας Ἐρχομένιος n. 1593. 18, sed lectio est dubia), Καλλίμηλος Theb. C. J. n. 1584. 39. 43, Μνασίμειλος Lebad. n. 1575. 8 (Μνασίμηλος Ross. n. 75. 7 Stiride) Σαύμειλος ib. 12 (Ahr. I. 202), Φιλόμειλος infra v. 10 et 15 s. Φιλόμηλος n. 1570. b. 32, si quidem eo loco Boeotum intelligi probabile est. Nec aliena esse ego cum viris, quos laudavi, opinabar: Φάγνων n. 1569. a. II. 14 Orchom., Ἀρονοκλεῖς n. 1593. 8, quam scripturam integrum esse suo loco ostendam, Ζεὺς μειλίας vel μειλίχιος i. e. μηλίχ. Boeckh. I p. 740. a, Ahrens. I p. 185, (Apollo Μαλόεις Meinek. Delect. p. 151, aliter Ahr. II p. 507), Μηλόβιος, Πασίμηλος (Lobeck. Pathol. p. 110 n. 11), Πάσιππος (Pap.) a verbo πάσουσι, Εὔπιππος, Κάλλιππος, Μνάσιππος s. Μνήσιππος, Κλεϊππη, Κλεϊππίδης, Ζώσιππος, ne de oīibus Boeotiae multa dicam inde ab Hesiodo notis: μῆλον Ἐνεξ̄ Οἰδιπόδαο, C. J. n. 1569. 39, Kruse. Hell. II. 1. 515. Sed aliter Welckerus (Der epische Cyclus p. 274 not. 443), qui in nominibus Εὔμηλος (poet. epic.; pat. Anacreont., adde citharist. Lucian. adv. indoct. X), Καλλίμηλος (C. J. n. 1584 pat. tibicinis Theb.), Κλεόμηλος, Ἀρχίμηλος (epigramm. poet.) Ἀριστομηλίδας (Paus. VIII. 47, 4 Lobeck. Paralipp. p. 6), φιλομήλη nomen μέλος producta vocali agnoverit. Et mihi quidem de nonnullis recte vir eximus praecipere videtur; verum vel in iis quae composuit nominibus, quum plura posset, reperiri arbitror, de quibus ipsi Graeci veteres, si sententiam quaereres, in alias alii originationes discessuri essent. Quod vero ad Boeotia nomina attinet, Boeckhio assentiri non dubito.

V. 9 σούνδικο[ι] de coniectura scripsi. Quum enim, ex optima Ahrensii emendatione II p. 516, Φίστορες (*Fistores* n. 1575. 3) i. e. arbitri (an μάστυρες?) demum v. 12 sqq. perscripti sint, non apparet, quae sint partes trium qui Xenoclidam sequuntur hominum, nisi aut mecum facis, aut, quod minus probo, singularem σούνδικον ad Phaedimum quoque et Agesilaum et Matroclidam referendum esse censes. V. 10 tit. Lebad. Stephani n. 46. 2 Μασιξένα. Φίδιος est pro Φαίδημος, Ahrens. II. p. 520. Cum eodem p. 519 v. 11 scripsi Ἀγεισίλ., vid. ad n. II. 14. V. 12 Δαματορίω fortasse alicui tolerandum videatur cl. Πατερῖνος (Leak. tr. in th. Mor. n. 46. 6); sed praetuli, litteram χ inserere propter n. II. 3 Εὐχαρίδαο Δαματορίω et inscriptionem Stephani ipsam quoque Orchomeniam n. 54 ΒΟΥΚΑΤΕΣ ΔΑΜΑΤΡΙΧΟΣ. V. 13 ex v. 17 suppletus est. Tum lapidis vestigia pre-mens Καλο[χλί]δας malui quam Δα[μα]το[χλί]δας (Plutarch. Pelop. 8. 11, de genio Socr. 26. 30, C. J. n. 1575. 4). Quamquam enim nomina, quae a Καλο- incipiunt, rara et partim recentiora sunt ut Καλόξενος (Orop. Leak. n. 63 tab. XV: ΧΑΛΛ., Curtii schedae ΚΑΛ.), Καλότυχος C. J. n. 2472. b. 1, n. 4264. 11. 12, Καλο[χλί]δη in tit. Hypat. n. 193 ap. Curt. Inscr. Att. XII p. 32 ubi ille Καλο[χλί]δη? proposuit, Καλόζαρος Pap. et Osann. Syll. p. 465 n. VI, C. J. n. 4248. 3, Καλόδωρος ap. Plantum, Ritschl. Ind. schol. Bonn. 1843—4 p. V, tamen Καλούχη Aristophanis in Lysistrata usum probat etiam antiquiore. Adderem ex Curtii Anecd. Delph. 52. 2 Καλόριζος (lap. ΚΑΛΑΝΙΚΟΥ), nisi praestare artrarer Καλ[χλί]ριζον; editor Καλαρίζον, parum credibiliter. Ceterum Καλλιχλῆς Θεσπιεύς est n. 1590. 3, Καλλιχλίδας Theb. n. 1578. 10. V. 15 Σωρόστεις: v. Pap. in Lex., C. J. n. 1583, 8. V. 16 Μεγαλλας idem est nomen quod Μεγαλέας (Polyb. IV. 87; Plutarch. Arat. 48 Μεγαλαῖον librariorum vitio). Vocalem i. Ahrensius II p. 518 ut in Μυασίας n. 1575. 11 ad Boeotismum refert; adde Δαιμίαο n. 1575. 6, Φουσίας ap. Leak. tom. II. p. 135, Πορθίας in Rossii tit. Coron., Πονθίας n. II. 7; Αριστέαο tamen videatur esse n. 1569. b. 5 et sunt Ἀριστέα Ταναγραῖφ n. 1542. 3, Νικέα Θεσπιεῖ ib. 8, Τιμέας Platae. n. 883. 1, nec ignorat quisquam, vulgo in eiusmodi nominibus inter -έας et -ίας variari, Lobeck. Patholog. p. 495. V. 16: τὸ ἔχοντες τὰς δημολογίας n. 1569. a. 27 et 35; de πέρι v. Ahrens. I p. 212, de accusativo Boeckh. I p. 726. b, θέσθαι τι παρά τινα id. I p. 890. a, στῆσθαι π. τ. II p. 851. a, παραμένειν π. τ. Curt. A. D. n. XVI. 10, Krueger. Griech. Sprachl. II p. 299 n. 36 ann. 1.

N. II. v. 19 recte olim Leakeus EPXOMENIYS. V. 2 Ahrens. Ἐρμαῖο, v. ad n. II. v. 20. V. 21 noli in eo haerere, quod non est scriptum Ἀντιγενίδαο τῶς Εὐνοείδαο et sic deinceps: C. J. n. 1568. 3. Ἀντιγενίδαο Ἀθανοδώρω, n. 1593. 6 sqq. V. 8. Λιωνούσιο v. Ahr. I p. 201.; de vv. 26—27 dictum est ad n. II. 6. V. 27 emendationem

meam Λέξων comprobatum iri spero: Ὁνίσιμος Λέξωνος Κορωνεύς est n. 1587. 8. V. 28 Χιόνιος (a Χιόνις Pap. s. v.), Ahr. II. p. 522. Idem v. 29 Κλιάρετος rescriptsit II p. 518, Λιονσίας (i. e. Λιαίας n. 1570. b. 39), Ὄλιουνπίωνος v. 30 p. 519 ζΟλυπίων Ταναγρ. n. 1542. 3), tum v. 32 Θίων p. 518 et Αρχελάω p. 522. Exemplis nominum, quae sunt in λαος, non contractorum (Ahrens. I. l.) addo Αρχελάα ap. Leak. tom. II. p. 134, Αρα-ξίλαος inscr. Ross. Tanagr., Νικόλαος Leak. t. XII n. 53 sive Ulrichs. p. 249 n. 24, Φει-δόλαος v. ad n. 1571. 37; Τιμόλαος Ross. In. Ined. n. 70. 3, ubi pro Rossiano ΛΛΗ in fine Kramerus ap. Davidoff. n. XX p. XXIX ΛΛ. exhibet. Fuit: ΛΛΩ. V. 32 Λασθενίδαο (Λασθένειος n. II. 15, Λαδάμας n. 1675) scripsi, non quod certum esse crederem, sed ut lacunam explicarem: Λασθένης Theban. Aeschy. VII. c. Theb. 620, Krause. Die Gymn. u. Agonist. d. Hell. p. 781. Elementa vero Θ et Τ ab iis, qui titulos transcriperunt, saepe inter se confusa sunt; sic est ΕΡΙΣΤΕΝΗΣ ap. Dorvill. Sicul. p. 530 pro Ξεισθένης. V. 33 Οξούμαχος (Ahr. II p. 519) novum est nomen. Eurymachus Theb. apud Herodotum et Thucydidem habetur, Astymachus Platae. ap. Thuc., Mnasimachus Lebad. ad C. J. n. 1575. 9, Clitomachus, v. Pap. al. V. 34 Καλλιώνδας (Ahr. II p. 525) descendit a Καλλίων, quod in usu fuit iuxta Καλλίας ut Μνασίας Μνασίων, Αρχίας Αρχίων, Πυζήνας Πυζήνων, Αριστίας Αριστίων. Ib. Μνρίχω v. ad n. II. 13. Μύδηνος Boeotus habetur ap. Polyb. XXIII. 2, 16 (Boeckh. I p. 726. a), quod si idem est nomen, conferri potest ΧΑΙΡΡΟΝΕΑ n. 1679. Contra ea Boeoti dixerunt Πύριχος (tit. Ross. Thisp.) pro Πύριχος opinor, et Ηαρησία n. 1603. 7 pro Ηαρήσια. Vide etiam Lobeck. Patholog. p. 222 de scriptura Μύδηνα et Μύρινα.

## IV.

Copis (hodie η Τοπόλεια Ulrichs. p. 203. n. 19) fragmentum catalogi militaris, quo praeter archontem, duo polemarchos, lochagum et scribam peltastae XVIII recens conscripti recensentur, Ulrichs. p. 199, qui p. 203 n. 21 tantum versum septimum attulit:

ΤΟΛΑΠΕΓΡΑΦΑΝΤΟΕΜΠΙΕΛΤΟΦΟΡΑΣ  
τοὶ ἀπεγράψαντο ἐμ πελτοφόρας.

De praepositione *ἐμ* vid. Ahrens. II p. 525, et ad nomen *πελτ.* confer inscript. Rosettan. v. 7 πτεροφόραι. Letronneus ibi laudavit nomen Cercidae βαντροφόρας (Diog. Laert. VI. 76) et, cui id debet, Lobeckium in Wolfii Litter. Analect. III. 56.

## B. Ad titulos Boeckhianos.

N. 1562 repetit Leak. Trav. in the north. Gr. tab. XV n. 70 et minusculis v. II p. 457. *Αωροθιω* v. 2: *Αωροθια* tit. Ross. Lebad. *Αιουσκορίδαι* v. 4 pro sano habet Fr. Graefeus, quem A. Dieterich collega meus mihi indicavit. Ille ita (Die Einheit der Sanskritdeclination mit d. griech. u. lat. Erste Abth. St. Petersburg 1843 p. 25) — „bemerkenswerth bleibt es, dass im Griechischen kein vollständiges ονς oder ως des Genit. der sogenannten 2ten oder O-Declination dem ας der A-Declination entsprechend, sich erhalten hat, während dieselbe Endung sich in der 3ten Declin. unorganisch findet, wie Αιουσκορίδαι, B. Corp. Inscr. p. 722. 6 (?) und in den Pronominibus ἐμεῖως, τιοῦς etc. Apollon. d. Pron. p. 95.“ De ἐμοῦς Corinnae v. Ahr. I. p. 207. Sed illud vitium esse puto sive quadratarii sive Leakei errore pro Αιουσκοντος. Sic Anglus n. 1594. 8 dedit ΕΙΡΩΛΙΑΣ, ubi reliqui iota, quod ante Α ponendum videtur, omittunt; et C. J. n. 661. 2 ΑΙΟΥΜΗΛΗΣ. Dioscuridas Athenienses compositus Papeus in lex. Ad v. 4 Φυλιας („locus in quem itur“) v. Gieseus Ueber d. aeol. Dial. p. 292, et idem ad Φιοφελλαν v. 5. p. 302.

N. 1563 *a* est apud Leak. p. XIV n. 60, initiiis tamen versum paulo aliter dispositis quam sunt in Corpore Inscr.:

|                     |   |
|---------------------|---|
| <b>ΣΑΡΧΟΝΤΟΣ</b>    |   |
| <b>ΟΥΠΡΑΝΔΡΟΣ</b>   | V. 3 Leak. <i>ΙΕΡΟΚΛΕΙΟΣ</i> , sed usus Boeotorum requirit <i>LAP</i> , quod Boeckhius dedit, v. Ahrens. I p. 178; nec est quidquam confusione elementorum <i>E</i> et <i>A</i> frequentius. Frustuli <i>b</i> versus 1 non est in Leakei exemplo. In eodem v. 2 littera <i>A</i> super <i>E</i> initiali v. 3 posita cernitur. In c Leakeus prius <i>E</i> |
| <b>ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ</b>    |   |
| <b>ΤΟΝΚΗΕΣΓΟΝΩΣ</b> | v. 2 non habet, nec <i>I</i> in fine v. 4. Minusculis dedit n. <i>a</i> et <i>b</i> tom. II. p. 447.  |
| <b>ΑΛΑΝΚΗ</b>       |   |
| <b>ΑΓΑΝΚΗ</b>       |   |
| <b>ΕΡΓΕΤΗΣ</b>      |   |

N. 1564 minuscul. ap. Leak. II p. 631. V. 2 lapidis scripturam *τιούχαν* tenendam fuisse, Ahrensius docuit II p. 519. Idem v. 4 recte, opinor, scripsit *Ἀγέδινος* (i. e. *Ἁγησίνος* Pap.) I p. 182. Ad *Ααφίταο* conf. Lud. Dindorf. in Steph. Thes. Par. II. 3. 919 C.

N. 1565 V. 2 *ἔδοξε τῷ δάμῳ* sc. *Βοιωτῶν*, Boeckh. p. 738. b: tit. ap. Ulrichs. p. 43 s. Welcker. Mus. Rhen. 1842 p. 213 n. 22 *πεζοὶ δὲ ἵππηές τε γέρας θέσαν, οὓς προέηκεν* || *δᾶμος δὲ Βοιωτῶν* —. V. 12 conieci *Τημομείλω* Anal. Epigr. p. 146;

pro . *OΙΩΝΟΣ* vide num fuerit non *Ιτωίωνος*, quod ibidem proposui, sed *Θιωνος*.  
**V. 14** placet Ahrensi (II p. 522.) emendatio *Ιππίαο Εύμαρίδαο*: *ΙΠΠΙΛΑΟΣΥΜΑΡΙΑΟ*. *AO* prae Boeckhiano *Ιππιδος* propterea, quod iam non est, cur litteram *E* nominis *Eύμ.* excidisse statuatur. Nam per se forma *Ιππις* a Boeotis abudi-  
cari nequit: *Πίσις Θεσπιεὺς* Plutarch. Demetr. 39 i. e. *Πεσίας*, id. Amator. 2;  
*Ματρις δὲ Θηβαῖος* Phot. bibl. p. 148. b. 1 Bekk., = *Ματρίας*, *Ματρέας*; *Πόλιμης* pat. Epaminondae, *Πολυμήιας* C. J. n. 1771. 11. Ahrensi I p. 188 diphthon-  
gus in *zai* et *Aἰτώραο* v. 13 suspecta est. Et pro hoc quidem coniicio  
*X]αι[ρ]ών[δ]αο*: in lapide esse traditur >*AΙΤΩΝΑΟ*; diphthongum ferendam puto.

**N. 1567** et titulos in eodem lapide scriptos n. 1594 et n. 1607 Locrorum esse Ozolarum,  
acute Ahrensi perspexit I p. 235 not., Curt. Anecd. Delph. p. 22. Quo casu  
marmor ad Asopi viciniam delatum sit, non patet; simile quid habetur in titulo  
n. 4288 ubi v. Franz. v. III p. 154. b. et Boeckh. lem. n. 2329 v. II p. 250.  
Ad v. 4 *Κλεογένης Ἀλκιθόν Αἰγιεύς* in Vindic. Onomat., Numburgi 1843, p.  
14 contuli *"Ἀλκιθόν Ξενοφῶντος Αἴγιέα* ap. Polyb. XXVIII. 10, 9. 16, 3.

**N. 1568** v. 1 nomen *Δαμοτοίδαο* genuinum esse, aegre mihi persuadeo. Quodsi Rosei  
lectio *ΔΑΜΟΙΤΟΛΑΟ*, unde olim Boeckhius *Δαμοιτάδαο* (*Ἀνεμοίτας*) effecerat  
diphthongo *OI* in *Y* non mutata (Ahrens. I p. 193), nullius est auctoritatis: gra-  
vius mendum subesse et pro *ΔΑΜΟΤΟΛΑΟ* ponendum esse *Δαμο[κλ]ίδαο* su-  
spicor, vid. ad n. III. 14. Tum Boeckhius in verbis: *ἱαρειάδδοντος Ἀντιχαρί-*  
*δαος Ἀθαροδώρω ΛΡΙΟΛΙΣ Λιττού μετάζην* p. 740 coniungit *ιαρ.* cum *Λιττ.* sed  
mihi ea ratio hanc ob causam minus placet, quod iam nomen proprium interposi-  
tum est contra morem: n. 1570. a. 1 *ἱερέως τοῦ Αμφιαράου Ἐπιχράτου*, n. 1587.  
4 *ἱερατεύοντος τοῦ Λιὸς τοῦ Σωτῆρος Θεομήστου τοῦ Παραμόνου*. Nec satis  
ex usu verbum *ἱαρειάδδειν* adsciceret dativum (tit. Tithor. 1. 2 Mus. Rh. 1843  
p. 553, II. 2 p. 554, IV. 3 p. 556, V. 3 p. 557, VI. 2 p. 558), quum genitivus  
certo multo saepius sequi soleat; v. exempla plurima in Anal. Epigr. p. 67. Igitur,  
dum praestantior medela reperiatur, Osannianum (Syllog. p. 188 n. 45) ἀ πόλις  
(sc. ἀνέθηξε) amplector. Ad *ἱαρειάδδοντος* vero facile *Λιττ.* retrahitur. V. 4 et 7:  
vid. ad n. III. 8; *Ζεὺς Μηλώιος* C. J. n. 2418 v. II. 355. b, Lobeck. Pathol.  
430, Ahr. I p. 185. Idem I p. 181 v. 7 *ΤΥΟΥΩΝΙΕΣ* dedit τὸ *Θύοντες* (Boeckh.  
90v.) et v. 10 bene ἐτι (i. e. ἦ) πὰρ τὸ *[ια]ρ[όν]* v. I p. 184 n. 6. Quod vero  
Gieseus l. l. p. 409 (Franz. El. Ep. 55) incertum esse dicit, utrum *ἱαρος* an  
*ῃρος* Boeoti pronunciaverint, eam dubitationem mihi tollit titulus Orchom. Stephani

n. 52 *HIAΩΝΔΑΣ* i. e. puto *Ια[ρ]ώνδας*; sic doricum quoque *ΗΛΑΠΟΝ* in galea Hieronis C. J. n. 16. 1, et *Ιαροφῶν* ap. Franz. El. Ep. Gr. n. 17 p. 56, ubi forma est spiritus antiqua. Rem ipsam, quae dedicatur, nominari arbitror v. 8 δύως ἔχονθι τῶν πολιτάων τὸ θύοντες τὸ Λῦ τὸ μειλιχὸν ΟΧΛΑΤΙΧΡΕΙ-ΕΙΣΟΗΓ || ΤΙΜΥΚΑΤΑΣΚΕΥΑΤΤΗ : φιάλη χρεῖσθη ἐντίμη, κατασκευάστη κτλ. quemadmodum est n. 1570. a. 30: κατασκευάσαι τῷ θεῷ (Αμφιαράῳ) φιάλην χρυσῆν. Diphthongus ει infinitivi χρεῖσθη a lapicida male duplicata fuerit (ΟΣ n. 1577. 11); ipsum autem ει recte habet, nam doricum est χρῆσθαι, Ahrens. II p. 131 coll. v. I p. 182. 2. Ἐντίμη est „pretiosa“, Steph. Thes. III. 4. 1170 D., et conf. C. J. n. 2852. 18 ἵνα ἔχητε σπένδειν καὶ χρᾶσθαι — ἀπεσταλμένη τῇδε πολιάρθῃ v. II p. 552. b. *Κατασκευάστη* est infinitivus aoristi, Ahrens. I p. 209 n. 2. Tum fuerit v. 9 *κ[ή] θέμεν]* ἐν τῷ ιαρῷ εἰ πὰρ τῷ ιαρῷ [δύα κα] δοκίει κάλλιστον [εἶμεν].

N. 1569 a, quam inscriptionem Boeckhius egregie tractavit, repetit Franzius El. Ep. Gr. n. 74 p. 192 sqq. et Leakeus minuscul. II p. 634 coll. p. 154. V. 1 de origine nominis mensis Θειλονθίω v. Ahrens. I p. 173 n. 6. V. 2 nomen Αρχιερος esse idem quod Αρχίερος (Boeckh. p. 740. a, Ahrens. I. p. 178) ideo pro incerto habeo, quod ipsum Αρχίερος prohatum non video. Comparaverim potius nomina Καλλίαρος, Μεμβλίαρος, Ωλίαρος, Lobeck. Patholog. p. 257. Sed cave corrigas Αρχιερος. V. 7 scrib. πὰρ Εὐφρονα; typotheta male παρ' Εὐφρο. V. 31 τεθείσας Ahrens. I p. 204. V. 35 Gieseus p. 325 suspicatur scribendum esse ἀποδεδόάνθι. V. 49 verbum πράτη dubium videtur Ahrensi p. 176 et 209. V. 54 ἔμπρακτος v. Curt. Anecd. Delph. p. 44—5. Ibid. b. 8 Boeckh. Ανθιππος, pro quo et Ξάνθιππος fuisse posse Franzius censuit I. l. p. 198; idem diu est quod vidi, quamquam in lapide tam lacero mutare quidquam nolui, Specim. Onom. Gr. p. 44. Osannus contra: ΑΜΦΙΠΠΟΣ, quae eadem varietas est in appellativis ἀμφίππους et ἀνθίππους ap. Diod. Sicul. XIX. 29, ubi v. Wesseling. v. V. p. 282 Lud. Dindorf.

N. 1569 c attigi in Spec. Onom. Gr. p. 111 sq. De Probasia vide etiam Ahrens. II p. 516, Unger. Theb. Parad. p. 101, Brandis. Mittheil. neb. Griech. I p. 242, Stephani Reise d. e. Geg. d. n. Gr. p. 66, Leake Tr. in the n. Gr. v. II p. 142, Forchhammer. Hellen. v. I p. 186. V. 8 Τιμόλα Ahrens. II p. 522. V. 11 τὸν δρον τὸν ἐν τῇ ΔΟΥΓΛΑΣΙ, v. 15 ΔΙΟΥΣΙΔΔΟΣ (Boeckh. Διωρονσιάδος): an utroque loco fuit Διονσιάς i. e. Διονσιάς (Ahr. II p. 519), nomine a verbo λούειν

ducto? V. 15 Ahr. I p. 181 πορπονλ. ε πουρπολιάδος corruptum censem.  
V. 17 lapidis ΕΥΛΟΜΟΝ εῦδομον non displicet eidem I p. 174.

N. 1570. Cum eo quod decretum, quo vasa Amphiaraei sacra refici iubentur, communis est Boeotorum concilii, bene conveniunt haec Diogenis Laertii II. 142: διέτροιβεν (Μενέδημος) ἐν Ὁρωπῷ ἐν τῷ τοῦ Ἀμφιάρεω ἱερῷ· ἔνθα χρυσῶν ποτηρίων ἀπολομένων, καθά φησιν Ἐρμιππος, δόγματι κοινῷ τῶν Βοιωτῶν ἐκελεύσθη μετελθεῖν. Nam δόγμα κοινὸν τ. B. idem est quod δόγμα τοῦ κοινοῦ τ. B. Unde patet, commune Boeotorum vel aliquot saeculis ante quam inscriptio 1570 composita est, res Amphiaraei, quod prope Oropum fuit, curasse. Alterum Amphiaraeum in Thebarum vicinia exstisset, quae Muelleri, Boeckhii p. 751 et Disseni est sententia, Ungerus negavit Theb. Parad. p. 415.

Lat. a v. 2 pro Πίργης (i. e. Πίργης si Osannum audis) Koehlerus ΠΥΡΓΗΣ et ΠΗΡΓΗΣ et eiusdem schedae alterae lat. b 2 ΠΥΡΓΗΣ, unde Πίργης coniicias collatis Πνογένις, Πνογίων, Πνογώ ap. Papeum. V. 4 τραπέζης: Lobeck. Aglaoph. p. 1084. V. 5 ἐπισκευῆς χρείαν ἔχειν: v. 23, Ross. II n. 169. 8. ἀνοικοδομηθήμειν τὰ ποτιδεόμενα ἐπισκευᾶς, III n. 311. B. 9. 31, tit. Rosett. v. 34 τὰ προσδεόμενα ἐπισκευῆς προσδιωρίσατο, C. J. n. 2349. d. 4 χοήζοντα ἐπανορθώσεως ἐπεσκεύασαν. V. 50 in ἔνοχοι ἔστωσαν τῷ κατὰ τὸν τῆς οἰκονομίας νόμῳ Boeckhius quadratarium aliquid turbasse censem; nescio an emendari oratio possit scribendo: τῷ κατὰ τ[ῶ]ν τῆς οἰκονομίας νόμῳ „obnoxii sunt legi quae est de iis quae ad administrationem spectant“. De praepositionis usu v. Krueger. Gr. Sprachl. II p. 294 n. 24 adn. 2 et Bernhardy Syntax. p. 239.

Lat. b v. 9 pro Λέων Λίτωλός fortasse Λέων corrigendum est: certe id nomen illic aliquoties reperitur, vid. Ross. Inscr. Ined. I n. 70. 1., Curt. An. Delph. n. 45 p. 78. Sic pro Λεοντίσκον scribendum videtur Λεοντίσκον in tit. Hypat. n. 195 ap. Curt. Inscr. Att. XII p. 32. V. 16 Μέλανος προσώπιον: de donariis Amphiaraeo propter medicationem oblatis cf. praeter Boeckhium p. 752. b etiam Boettiger. Id. z. Kunstmyth. I p. 89 not. 2, Bergk. ap. Meinek. Fr. Com. II p. 950, Jacob. Grimm. Deutsche Mythol. p. 1131. Μέλανος Lobeckio Paralip. p. 139 est nominativus; sed quum statim sequatur Βούσου προσώπιον et Φιλίας τιτθός, et quum v. 24 sit: Κλεονόης — Μέλανος — Ἀρτιμάχου, pro genitivo nominis Μέλας (Anal. Epigr. p. 197 sq.) accipere malo. V. 19 -πωνος αἰδοῖον: Bergk. l. l. p. 951 cum editore p. 753. a Κήπωνος, Osann. Syll. p. 221 .ΤΕΩΝΟΣ Ἐτεῶνος; Evansii ΓΩΝΟΣ et Koehleri ΓΡΩΝΟΣ ducunt ad Ἰππωνος, de

quo nomine v. ad n. II. 8. V. 27 Σιμάλης: Lobeck. Patholog. p. 98 n. 38, Anal. Epigr. p. 195. V. 30 desidero Πτεωΐ[ο]νος. V. 31 Κολλύρας: Lobeck. Patholog. 274, Σεμίδαλις Athen. VII. 242. D, Ὄρτος id. III p. 108. F. Ibid. Ηροσόδου (v. 47) utrum descendat a Ηρόσοδος an a Ηρόσοδον, nemo facile dixerit. Mulieris nomen ex lapide Hymettio E. Curtius probavit Inscript. Att. XII p. 25. Alia, quae hoc pertinent, sunt Πίθαρον in tit. Rosii ined., Σύνφρον C. J. n. 1664 ex novo eiusdem apographo et fortasse n. 557; Ἐπαφρόδειτον n. 1745 de quo dubitabat Boeckhius p. 854. b; Ὁνησιφόρον Ulrichs. tit. Tithor. V et VI Mus. Rh. 1843 p. 557 et 558, Curt. Anecd. Delph. n. 9, et fortasse C. J. n. 2347. k. A. 8 p. 1059 σὺν γυναικὶ σεμῆ Ὁνησιφόρῳ; ἡ Μύρτον n. 2817. 32 et n. 3173. B. 25 Κοσκωνίας Μύρτου (an Μυρτίου? lap. ΜΥΡΗΟΥ); Χρύσον n. 2842. 6 ubi editor Χρύσ[ι]ον? Άτάραχον n. 3323. 1; Τρύφερον Ηαραμόνον n. 2146, nisi recte Boeckhins v. II p. 176. b supplet ἀνέστησαν οἱ δεῖνες; Λάμπρον Στυμφαλία n. 2322. b.<sup>38</sup>) p. 1045. b; Ηράτον n. 1706. 3, Curt. An. Delph. n. 33; Πλαρον ap. eund. n. 25. V. 50 χῦμα: Lobeck. Paralip. p. 420.

N. 1571 est ap. Leakeum n. 32 tab. VII coll. tom. II p. 132. Eius apographum quum et ipsum multis locis vitiatum sit, integrum hic repetere malui, quam novum ex eo et Pocockei schedis confidere.

ΟΣΕΤΗΠΟΑΙΑΕΒΑΛΕΙ

|   |                    |
|---|--------------------|
| ... AN . O . . . .                                      | TO . . . . PEΦΩ--- |
| --- PO ---  | PIΩΝΟ ---          |
| ΔΕΚΑΛΡΑΧΜΑ . . . .                                      | Υ. ΔΣΛΕΚΑΚ         |
| 5 ΚΗΟΣΤΙΣ . ΕΙΚΑΤΑΒΕΒΑΩΝΑΝΤΙΘΕ                          |                    |
| ΟΝΔΕΚΑΛΡΑΧΜΑΩΝΕΛΑΥΤΑΣΛΕΚΑ . . .                         |                    |
| 10 ΜΕΝΑΥΤΩ. ΕΝΤΡΙΑΤΑΛΑΝΤΑ. ΥΝΤΑ. ΠΡ                     |                    |
| ΚΑΙ. ΚΕΛΙΟΝΟΒΑΣΙΑΕΥ. ΚΑΤΑΒΑ . . .                       |                    |
| . ΟΝΥΠΕΡΑΥΤΟΣΑΥΤΩΛΑΝΕΘΕΙΚΕ . . . ΤΗΣ                    |                    |
| 15 ΑΡΜΟΙΒΑΕΟΙ . . . ΚΑΤ . . . ΕΝΙ . . . ΔΑΣΔΑΜ          |                    |
| ΑΠΕΔΛΑΝΕΥΣΚΑΤΑ . . . ΑΝΕΘ . . . ΑΡΓΥΡΙΩ                 |                    |
| ΡΙΣΜΝΑΣΤΗ . . . ΜΑΧΟΣ. ΟΛΕΜΑΡΧΟΥ. ΩΡ. ΕΥ                |                    |
| ΕΚΚΥΤΕΝΙΟΥΤΡ. ΦΩΝΙΩΙΕΝΤΟΝΟ . . . ΥΡΟΜ                   |                    |
| . . . ΚΟΥΣΔΥΟ . . . . . . . . . . . . . . . . . . .     | ΚΑΙΛΕΚΑΙΠΕΝ        |
| 15 ΤΕ . ΑΙΣΙΩΝ . . . . . . . . . . . . . . . . . . .    | ΙΟΣΤΡΙ             |
| ΔΡΑΧΜ .   | ΗΕΝΤΕ              |
| . . . ΑΜΡ . | ΟΣ . Α . .         |

|    |   |               |
|----|---|---------------|
|    | KONEYANOLAS . . . . .   | OΣΑΟ . . OΣ   |
|    | EBLOMEIKONTAΛPRAHMAS . . . . .  | IΛΛΑΣ         |
| 20 | LAMEATHN . . . . .  | ΑΝΔΡΙΩ        |
|    | EYANOILAS . . . . .   | ΕΙΚΟΝ         |
|    | ΔPRAHMAS . . . . .  | ΑΡΓΥΡΙΩ       |
|    | ..... HY . INIKOΣΦLAO   |               |
|    | KRATIEIOΣTANΛPRHIOΣΛEKAΣTATIPLAS  |               |
| 25 | ΠΥΘΩNIKOΣΦLAOKRATE . . . . .  |               |
|    | ΔEKAS TATIPLAS ΗYOУΘONIKOΣTANΛ  |               |
|    | PRHOΣΦLAOKRATEIO ΣTPIAKONTA . . . . .   |               |
|    | ..... POY . . . . .   |               |
|    | HENTEESTA . . . . .   | ΚΑΛ . . . . . |
| 30 | ARIΣTIΩNOΣΧΑΛKI . . . . .   |               |
|    | AΣKALAIΠAΛΛAΣ ΞHNOΔOTΩ  |               |
|    | TEΣTATIPLAS   |               |
|    | EYANOILAS   |               |
|    | APGYRIΩN  |               |
| 35 | ATLAOS  |               |
|    | „There are several Lines more, but a few Letters only<br>at the beginning of each care preserved“ Leak. |               |

V. 1 fuerit *Ἄγαθᾶ τύχα*. ἔδ]οξε τῇ πόλι λεβαδει[ήσων; facile intelligitur, decretum haberi de recensendis pecuniis, quae in Trophonii potissimum thesauro depositae vel dedicatae erant. De λεβαδειήσων v. infra ad n. 1588. 1. V. 2 litterarum reliquiae monstrant τῷ Τρεφωνίῳ, quod Boeckhius conjectura sagaciter assecutus erat. Nolui autem ex Pocockianis ΟΙΗΣΦΩΙΟΙ exculpere τοῦ Τρεφωνίου (Ahr. II. p. 520, I p. 194): nam Leakeus v. 13 habet ΩΙ. De ipso Trophonio v. Bergk. Comm. de reliq. C. A. A. p. 214 sq. V. 4 ex ambobus apographis iam prodit: δέκα δραχμάων εἰλυτάς, et id quoque nomen (v. 6) editor feliciter restituerat. V. 5 in KATAΒEBAΩN, (Pocock. KALacta), ubi Boeckhius κατὰ βίβλον coniecit, potest Lebadeae mentio latere. Tum ἀνέθειται παρὰ τὸν θεόν? Poc. ANTEΘEIKIIIA. V. 6 δέκα δραχμάων εἰλυτάς δέκα; quod ap. Poc. accedit ΠΑΦΕ fuerit ιαράς, an Τρεφωνίῳ? V. 7 ἐν (? = εἰς Ahr. I p. 213) τρία τάλαντα. Statim si cum Leakeanis ΤΑΛΑΝΤΑ. YNTA. ΠΓ || ΚΑΙ. ΚΕΛΟΝΟΝΒΑΣΛAEY. conferuntur Pocockei elementa: ΤΑΛΑΝ... INT.. ΓΚΗΛΙ || ΚΑΣ. ΕΛΟΝΟΝΒ-ΙΤΑΙ, haud dubie efficitur: Ἀμύντας Ἀριδαίον Μακεδόνων βασιλεύς. Amyntae II patrem *Ἄριδαῖον* appellat Georg. Syncellus p. 262 D et 263 A s. p. 500 ed. G. Dindorf. (et filios Amyntas habuit

Menelaum et Aridaeum, Justin. I. I.), *Μενέλαον* Aelianus Var. Hist. XII. 43 et Justinus VII. 4. Apud Diod. Siculum XV. 90 est Ἀμύντας Θαρράλεον, ubi L. Dindorfius coniecit δὲ Ἀριδαῖον (-έον) cl. ΘΑΡΡΑΛΕΟΥ et ΘΑΡΙΔΕΟΥ. Hic Ἀριδαῖον ego praetuli, quod Pocockei litterae addicere videbantur. De Amynta autem v. Clinton. East. Hellen. p. 240—1 Krueg., Flathe. Gesch. Maced. I p. 34, Brueckner. Koenig Philipp S. d. Amynt. p. 17.

V. 9 ἐπὲρ αὐτὸς αὐτῶν ἀνέθειτε cf. Ahrens. II p. 274, Curt. An. Delph. XVI. 17, Jacobs. ad Philostr. Imag. p. 69. 12, Hermann. ad Soph. Electr. v. 1488, Wagn. ad Virg. Aen. IV. 233. Nec super ipse sua molitur laude laborem, quem iam Schneidewinus contulit in Allg. Litt. Z. 1844 p. 520. V. 10 et 11 Pocock.

*ΑΣΙΚΥΗΛΑΡΧΕΝΑΥΙΑΛΑΝΕ || ΑΓΕΛΛΑΝΕΥΣ*

Leakeus: *KAT . . . ENI . . . ΛΑΣΙΑΜ || ΑΠΕΛΛΑΝΕΥΣ*

Ab initio suspicor *Fixari*, v. n. 1569. 39, n. 1575. 2. Tum Boeckhius *Ἀρχεραντίδας*, probavique cum Ahrensi (I p. 171) Anal. Epigr. p. 121. Non nego tamen, in hominis Achaei nomine diphthongum iam suspectam mihi videri. Quodsi in alterutro apographo *Ἀρχεδαμίδας Ααιμέα* esset, libenter reciparem. Ceterum idem homo est, opinor, v. 19 et 20 (-ίδας Ααιμέα), si quidem ex Pocockei *ΤΗΜΟΣΑΥΡ* (Leak. THN-) singi licet *ΠΕΛΛΑΝΕΥΣ*: vid. infra ad C. J. n. 1593. 15. Formam vero *Ααιμέα* (pro -έαο) in homine peregrino ferendam esse Ahrensius monuit I p. 203; *Διοσκουρίδας* *Ἀλεξανδρεῖον* tamen est n. I. 4 V. 11 κατ' αὐτῶν ἀνέθειτε ἀργυρίω || τροφής μνᾶς, editor αὐτόν, sed genitivus (Bernhardy Synt. p. 239) spatio commendatur angustiore in Leakei apographo. V. 12—5:

*Tη[λέ]μαχος Πολεμάρχου [Α]ρριεῖ[ς]  
ἐκ Κυτινίου Τρ[ε]φωνίω ἐν τὸν [θ]ησαυρὸν  
δαρικοὺς δύο, [δραχμὰς ἐκα]τὸ[ν] καὶ δεκάπεν-  
τε .*

Haec dedi adhibita lectione Pocockei:

*ΤΗΑΣ . . . ΟΣΠΟΛΕΤΑΑΡΧΟΜΟΡΙΕΥ-  
ΕΚΚΥΗΝΙΟΥΤΡΟΦΗΠΩΙΕΝΤΟΝΟΗΣΑΥΡΟΝ  
ΑΑΡΙΚΟΥΣ . . . ΑΙΛΑΑΤΟΙΚΑΙΑΕΚΑΠΕΛΙ  
ΤΕ .*

V. 13 ἐκ dubium visum Ahrensi I p. 214 iam duplici auctoritate munitum est; nec cum illo II p. 516 δεκάπεμπτο requiro. *Πέντε* ap. Leakeum est v. 16 extr.

(Pocock, *INTI*), v. 29 (Poc. *NENTE*) et fortasse v. 32 (*TE L.*, *TI Poc.*). Ib. Τρεφωνίω dedi ob v. 2. Θεισανδρόν ut στατηράς mavult Ahrens. I p. 185. In transcurso ad Pocockei *MOPIEY* v. 12 annotare detur, in titulo Boeckhii n. 478. 5 pro *Μωρίωνος* ad novi apographi fidem Λωρ. scribendum esse. Tum v. 15 nomen *Αἰσίων*, per se illud bonum, incertum esse scriptura Leakei *.ΑΙΣΙΩΝ* monstrat. In fine: τοι[άκοντα] δραχμ[άς]. V. 17—8: δ]α[ρι]χόν. V. 18 ex ambobus exemplis *Εὐα[θ]ίδας Μικ[ρ]ίωνος Λο[χ]ός || ἐβδομείκοντα δραχμάς*, v. 21 idem homo et [έβδομη] είλετον[τα] δραχμάς — σ[τατηράς] ἀργυρίω. V. 23 Πν[θ]όνικος Φιλο[[κράτειος Ταναγρῆς δέκα στατηράς || Πνθόνικος Φιλοκράτειος Τ[α]ναγρ[ῆ]ο[ς] δέκα στατηράς. Πνθόνικος Ταναγρῆς Φιλοκράτειος τριάκοντα [σ]τατηράς || ἀ[ργ]υρ[ί]ων. De Φιλοκράτειος (non -ιος) v. Ahrens. II p. 527 et de *Tanagrhēs* id. II p. 520; formae *T[α]ναγραῖος* ap. Pocock, v. 25 non confido. V. 29 πέντε στατηράς et v. 30 Ἀριστίωνος Χαλκιδ[εύ]ς. V. 31 duplex sigma nominis *Ἀσσοκλαπιάδας* apud Pocock. (Boeckh. ad n. 1638 p. 795. b) in Leakei dissensu ego non defenderim. Ib. Ζηγροδότω; v. 32 πέντε στατηράς, v. 33 *Εὐα[θ]ίδας*, v. 34 ἀργυρίω. Denique v. 37 Φιδολάω (editor *Φιλολόγος*) videtur servandum fuisse: Φειδόλαος ὁ Τίος (corrig. *Αλιάρτιος*) Plutarch. de genio Socrat. c. 4 coll. 5 sq.; Φειδόλεως *Ραμνούσιος* Demosth. XLII, 28, Analect. Epigr. p. 82, Lobeck. Pathol. p. 129 et 136; Φειδος Theban. ex Unger emendatione Theb. Parad. 149 ap. personatum Plutarch. Narrat. Amat. IV collato numo ubi est *ΦΛΑΟ*; codices tamen manuscripti habent *Φοίδον* et *Φοίδηφ*, v. Winckelm. p. 82 et 253.

N. 1573. 2 Ahrens. I p. 188 n. 2 *Ἐγμαῖω*; vid. tit. n. XII. 1.

M. 1574 commemoratur a Leakeo II p. 306 et ab Ulrichsio p. 199. V. 1 optime Boeckhius *Θιός*: id. ad n. 2360. b v. II p. 1070. b, Curt. Anecd. Delph. n. 39. a. d. V. 2 τοὶ ἀπεγράψαντο ἐν ὅπλίταις recte emendavit Ahrens. I p. 188 n. 2, p. 213, II p. 517. Polemarchos duo inscriptos esse, affirmat Ulrichsius l. l.; hinc apparet, Cockerellum lacunas v. 4 et 5 iusto maiores signavisse. Legendum videtur *Φ]αναξ[ω]νος Σαών[δ]αο, Φα[ε]ινῶ Τιμανδρί[δ]αο*. Cur ad explendum spatium inter *N* et *A* exiguum Σαώνδαο maluerim scribere quam cum Boeckhio Σαωνίδαο, infra ad v. 17 exponam. V. 5 *Φαετνῶ* petii ex Leakei apographo tituli C. J. n. 1689. b. 3 (Trav. in the n. Gr. n. 99): *Βοιωτῶν ΦΛΕΙΝ-* ubi Boeckhius ex Koehlero *ΦΛΕ* habet. Noli vero in diphthongo *ει* offendere: ea, nisi me fallit, iure locum tenet. Nam *ει* a Boeotis non mutatur in *ι*, nisi ubi est *ει* in strictiore

Doride (Ahr. I p. 190); severior autem Doris in adiectivis in *εινος* non *ει* sed *η* videtur habuisse (Ahr. II p. 158). De accentu cf. Lehrs. de Arist. stud. hom. p. 292, Lobeck. Pathol. p. 189 n. 5. V. 6 teste Ulrichsio l. l. p. 203 n. 21 sic scriptus est in lapide:

ΛΟΧΑΓΙΟΝΤΟΣ ΦΑΛΩΝΟΣΠΟΛΥΚΡΙΤΙΩ

Hinc lochagum nanciscimur confirmarique digamma videmus, quod a Boecklio sagaciter restitutum Gieseus l. l. p. 190 et 255 impugnaverat. V. 16 pro *ΑΝΤΙΓΩΝΙΟΣ* editor *Ἀρτίγ[ό]νος*, fortasse recte; confer tamen n. 1608. f. 19 ubi *ἄρχοντος ΑΝΤΙΓΩΝΟΣ* etiam Leakeus dedit t. II p. 629. Quae si genuina est scriptura nec vera latet in lectione Clarkii *ΑΝΤΙΓΩΝΟΣ* (*Ἀρτιλέωνος?* ut ap. Curt. Anecd. Delph. n. 45), nomen *Ἀρτίγων* hic quoque servandum videtur. Arbitris autem, *Ἀρτίγων* idem esse atque *Ἀρτίγονος* ex corruptione irrationali, de qua egit Lobeckius Patholog. p. 506. *Ἐργίων* (fluv. Maced., Strab. VII. fr. 47 Tafel, ubi Kramerus *Ἐργίων* dedit, Leipzig. Repert. 1845 p. 68) num huic loci sit, nescio. V. 17 *ΟΑΛΩΝΙΔΑΣ* in *Θαλωνίδας* refinxi Anal. Epigr. p. 147; editor scripserat *Ἀπολλωνίδας*, cui conferas C. J. n. 903 *Ἀιονύσιος* | *Ἀπολλωνίδον* | *Ταναγραῖος*. Sed sive hanc sive illam probas conjecturam, fatendum est, terminationem patronymicorum et mox andronymicorum in *ωνίδας* exeuntem usus apud Boeotos fuisse rarissimi. Ut mittam *Σαωνίδαο* v. 4, cui nihil tribuendum est, equidem certa exempla praeter id quod est C. J. n. 903 novi tantum duo: in tit. a Leakeo ad Thespias reperto legitur *Ἀριστωνίδα*

*ἥρωι* , ubi cave

praefigas *ἐπί* (Ross. tit. in. Thisb. *Ρούφῳ ἥρωι* et Thesp. *Ἀλεξάνδρῳ ἥρωι*), et ap. Diog. Laert. VII. 9 est *Φιλωνίδην τὸν Θηβαῖον*; sic enim scribi debere pro *Φιλον.* vidit Huebnerus v. II p. 738 coll. I. IV. 47. Accedit fortasse *Φιλωνίδας Νίκωνος* in titulo Rossii ined. Thebano, si quidem eum hominem civem illius urbis fuisse probable est. Sed infeliciter Rossius in tit. Attico (Kunstbl. 1840 n. 16) pro *ΑΡΙΣΤΟΝΕΙΣΣΩΝ* coniecit *Ἀριστωνείδης* *Ἐμμενίδον* *ἐν* [Θηβῶν, v. Anal. Epigr. p. 166]. Nam et patria incerta est, et O. Muelleri apographum (Archaeol. Mittheil. a. Griech. I p. 128) habet *ΑΡΙΣΤΟΝΕΙΚ. ξ* *Ἀριστόνεικος*. Contra vero plurima sunt nomina in *ώνδας*, quae Ahrensius II p. 525—6 composuit; sed pro *Αιαγώνδας* (Cic. de Legg. II. 15) Wachsmuthius Hell. Alt. I p. 709 coll. p. 732 n. 11 ed. 2 coniecit *Παγ.* Addo titulum Rossii ineditum Thespions. *Πειθώνδας*, Diod. Sic. XIII. 98 *Θρασώνδας δὲ Θηβαῖος*, tit. Leak.

n. 33 (n. XI) *Ἀσπόνδεο*, de quo infra agam, *Κλεόρδας* Curt. A. D. n. 40, 4; Kraus. d. Gymn. u. Agon. p. 781. Nec prorsus me assentiri Ahrensio, qui I p. 214 rarius similia apud alios Graecos reperiri affirmat, significasse hic satis habeo. V. 18 *Τανακόντιος*: Lobeck. Patholog. p. 521. V. 19 si lacuna accurate notata est *ΚΑ ΗΙΟΣ*, fuerit potius *Χαριῆος* quam *Καλλιῆος*. V. 21 Ahrensius I p. 170 mavult *Εὐδήμων*. V. 23 *Εὐίστιος* num sanum sit dubito. V. 26 *Ἀυτίων?* ut n. III. 34 *Καλλιώνδας*. V. 27 *ΚΛΙΩΝ ΩΡΟ ΩΡΙΟΣ Κλίων* *Ἀσωποδάριος*, de quo nomine Boeotis non infrequenti v. Pape. V. 28 *Μελάμβιος* tueri conatus sum Anal. Epigr. p. 201 coll. Polyb. XVIII. 3, 5 ἐπὶ τὸ *Μελάμβιον προσαγορευόμενον τῆς Φαρσαλίας*. Fortasse tamen *Μελάνθιος* fuit. V. 32 *Εὐφαιμίδας*: *Εὐφ.* Πούδρω est in titulo Curtii ined. Orchom. Ibid. *Σιαρο-*  
*ρίδαο*, de quo iam Ahrensius I p. 173 dubitabat, in *Εἰλαρορίδαο* mutandum vide-  
tur. Cognominis Thebanus est n. 1652. 4. V. 30 *Ξενοχάτιος* Ahrens. I p.  
190, 285. V. 31 *Τηλιδωρ[ι]ων* mihi ut Ahrensio I p. 185 suspectum est. V. 33.  
*ΑΡΤΟΥΝΙΩΝ ΝΙ ΣΝΙΛΑΟ*: *Ἀρτιγενίδαο?* Cum *Ἀργονίων* conferas nomen  
*Ἄργυρως*, quod Boeotus gessit ab Agamemnone amatus, v. Stephan. Byz. s. v.,  
Plutarch. Gryll. 7, Athen. XIII. 603. D.

N. 1575 Leakeus tab. VI n. 30 (coll. II p. 132) versus 1—3 dedit:

*ΧΑΡΟΠΙΝΩΑΡΧΟΝΤΟΣΒΟΙΩΤΟΙΣΛΕΒΑΛΕΙ. ΟΙΣΛΕΚΑ*  
*ΟΤΤΙΟΣ ΙΚΑΤΙΓΕΤΙΕΣΑΗΕΓΡΑΨΑΝΤΟ*  
*ΔΙΟΝΥΣΟΑΩΡΟΣ*  
et v. 14 *ΘΕΟΛΟΤΟΣΙΗΙΛΑΡΧΟΣ*.

L. Stephani vero, qui inscriptionem editam esse ignorabat (p. 69), quum sarcinis iam collectis totam non posset transcribere, haec tanquam initium et finem exhibuit:

*ΛΕΙΗΟΙΣΗΝΕΤΟ ΠΛΑ ΟΙΠΙΝΩΑΡΧΟΝΤΟΣ*  
*ΣΙΟΑΡΙΣΤΩΝΦΛΙΟΚΡΑΤΙΟΣ*.

Apertum est, in versu primo turbatum esse; nam is, quod ex aliis apographis constat, incipit a *Χαροπίνῳ* *ζεχοντος*, desinit in *Λεβαδείήοις δὲ Κα -*. Nec video, quomodo elementa *ΗΝΕΤΟ ΠΛΑ* cum Leakei Wheleri et Koehleri *ΛΕΚΑ* sive Sponii *ΛΕΣΑ* conciliari queant, nisi *ΤΟ* falso ex fine v. 2 ad primum a Stephanio relatum esse censes. Utut est, non possum quin lectores moneam, Stephanium, quem ab archaeologis valde probari audio cuiusque itinerarium ipse non sine fructu et voluptate legi, in describendis titulis hic illic lapsum esse, scilicet

operae molestae et taedii plena non satis assuetum. Quod quum iam C. Fr. Hermannus in libelli censura (Goett. Gel. Anz. 1844 p. 1337—48) significasset, manifesto docet titulus illius sextus collatus cum Ulrichsii apographo ap. Welcker. Mus. Rhen. 1844 p. 239, itemque titulus n. 49, quem non duobus sed quatuor versiculis constare schedae Rossii monstrant, tit. n. 38 Λευτιλάρου p. 69, ubi in lapide esse Ἐρτυμανοῦ G. Kramerus ap. Davidoffium n. XXVI p. XXVI fidem facit, et tit. n. 3 quem paulo pleniorum Rossius dedit in Intellig. z. A. L. 1844. n. 80. Sed hoc, de quo agimus, loco scriptura Stephaniana ΛΕΙΗΟΙΣ confert ad restituendam formam genuinam Λεβαδειήσ, Ahrens. II p. 520, I p. 205. Tum fuerit Κα[λλι]χράτιος, n. 1576. 1. V. 3 Λιονσόδωρος : cognominis Boeotus est ap. Diod. Sic. XV. 95 cll. Westerm. ad Voss. de Histor. Gr. p. 433. Ib. Φίδριαο (lapis ΝΙΑΡΙΑΟ) Boeckhius satis probabiliter, quamquam certam esse emendationem non dixerim. Potes etiam ΑΝΑΠΛΑΟ : Θεόδοτος Ἀνδρέου est in tit. Boeot. Curtii inedito. V. 4 Whel. ΜΝΑΣΙΑΛΕΙ, Spon. ΜΝΑΣΙΑΛΕΣ, Koehlerus omissio ΑΡΗΙΚΩ : ΜΝΑΣΙΑΒΗΑΑΝΟΣ, Boeckh. ΜΝΗΣΙΑΛΕΣ-ΑΡΗΙΚΩΣΥΛΑΑΝΟΣ : Μνασιάδας Ἀρηίω. Ahrens. I p. 184 n. 5 corrigit Μνασιάδεις, nomen ex ἀνδάρῳ aut ἥδις compositum esse statuens ut Θυμάδης n. 1601. Mihi ea ratio minus placet, nam in Θυμάδης patronymicum agnosco quod andronymic peace factum est, qualia sunt in Boeotis Αἰολάδης Thucyd. IV. 91, Καφισιάδας n. II. 3, Ἀλειάδης n. 1570. b. 50, Κλεάδας Herod. IX. 85 (non Ἀλ., v. Wessel.), Τελεσιάδας Pind. Isthm. III. 63, Φαράδας? n. 1576. 5, Κοι-ρατάδας et Κοροινάδης v. ad n. II. 9. Sed quum et ipse de Boeckhiano Μνασιά-δας dubitem propterea, quod Whel. et Spon. ΑΕ non ΑΑ in fine praebent, vi- dendum arbitror, num forte fuerit Μνασικλεῖς, v. ad n. I. 7. De η in Ἀρηίω Ahr. I p. 206, nisi praestat Ἀρ[ε]ι[ά]ζω; vide illum I p. 185. Tum nomen Συ- λαρός defendi ut potui in Anal. Epigr. p. 149 : pro Sponii ΣΥΑ Whelerus dat ΕΥΑ, unde coniicias Εύδαμος, n. 1542. 3, n. 1576. 6, tit. Ross. Thisb. Εύδαμος | χαῖρε. | Ομολώγε, | Καβειρίχα | χαῖρετε. V. 5 Τιμασιθίω scripsi l. l. p. 148, probavitque Ahr. II p. 518. Ib. ΙΕΡΕΙΣ Τέρεις Boeckhio est Τέρης pro ιερεύς (Τεροίτας, Sacerdos Lobeck. Pathol. p. 387, Σακέρδως n. 3953, n. 4058. 2), qui aeolismus habetur sane in titulo Tegeat. C. J. n. 1513, confirmatus ibi etiam novo Leakei apographo Trav. in the Mor. v. III tab. I n. 1. Verum tamen quum boeotismus requirat ΛΑΡ (Ahr. I p. 178 n. 1), suspicor emendandam esse, mu- tatione fere nulla, Γέρεις : Γέρης Boeotus est ap. Strabon. XIV. 633 v. III p. 163 ed. Tauchn. et ap. Pausan. VII. 3, 3, ob eumque hominem malui Γέρ. quam Φέρεις

proponere. Tum: *AMINIASΣΑΟΛΣΙΧΩ*; in priore nomine pro Koehleri **I** altero Sponius et Wheler habent **T**, ut dubites, utrum cum Boeckhio *Αμυνίας* (n. 1584. 10, 25 n. 1608. h. 36) an *Αμύντας* scribas; in quo ne diphthongum *ov* exspectes confer v. 3 *Διονυσόδωρος* et v. 10 *Ολύμπιος* (Ahr. I p. 181), et ad ipsum nomen titulum Rossii ined. (in muro eccles. Taxiarchi prope Coroneam) *AMONTАЗ*, sive *Αμύντας* sive *Αμούντας* fuit. Illud corruptum videtur. Patris nomen *Σαολασίχω*, Boeckhio ipsi valde dubium, ex coniectura in hoc titulo fortasse non nimis audaci refinxerim in *Σανμείλω*, ut est v. 12 *Ξενοκλεῖς Σανμείλω*. Confer

*ΣΑΟΛΑΛΣΙΧΩ* et

*ΣΑΥΜΕΛΑΩ*.

V. 7 *Ἄριστογίτων ΜΝΑΣΙΜΟΣ* (Whel. *ΑΛΟΣ*) *Μνασίμω* vel *Μνασίλλω* editor; equidem suspicor *Μνασί[ων]ος*, n. 1574, 17, 19. *Ἄριστογείτων*, sed Thebanus, artifex est C.J. n. 25. 3. V. 8 *ΚΑΙΜΗΙΩΝΟΣΚΑΡΑΙΧΟΣ* Boeckhius, si haec cum iis quae praecedunt coniungantur, scribi posse annotavit *Μνασίμω* (-ίλλω) τοῦ καὶ *Μητίωνος*. Praetulit tamen, *ΚΑΙ* pro corrupto habere et solum *Μητίωνος* ponere. Mihi id nomen, Ahrensio I p. 185 propter η suspectum, aequo falso videtur esse atque *Μητία* in Ulrichs. tit. Tithor. II. 1 Mus. Rhen. 1843 p. 554, ubi in lapide est *ΜΝΑΣΙΑ*. Legerim potius *Κλίων Νίωνος*, vid. n. 1574. 21 *Νιάνιος*, 27 *Κλίων*, 31 *Κλιώνιος*. Ib. pro *ΒΡΑΝΙΑΣ* Boeckhius *Βρασίδας*, quamquam dubitanter. Si corruptum est nomen, possis etiam *Βραχίδας*: *Βραχίας* est n. 1613. 2 et n. 1626. 4, 11, cui si non multum tribuis — nam homo aequalis fuit Traiano — vetustius nomen *Βραχύλλης* (ἐν Βοιωτίᾳ) habetur ap. Polyb. XVII. 1, 2, XX. 5, 5. Et Boeotarcha ap. Pausan. IX. 13, 7 fortasse non *Βεκχυλίδης* (Schubart. et Walz.) sed *Βραχυλλίδης* dictus fuit; variae lectiones sunt *βαγχυλ(ι)ίδης*, *βραγχυλλίδης*. *Μνασιμάχω*: cognominis eiusdem urbis civis est C. J. n. 1936. 7. V. 10 coniicias *Ολύμπιος* (v. ad n. II. 9), sed confer *Καβίριος* ap. Leak. n. 53 s. Ulrichs. p. 249 n. 24, *Δημήτριος* s. boeot. *Δαμάτριος* n. 1583. 20 (n. 1628. 1 *Δαμάτριον* valde incertum esse, infra probare conabor), *Ἀπολλώνιος*, *Ποσειδώνιος*, *Διονύσιος*. V. 11 ad *Παυπίραο* cf. Ahrens. I p. 190, *Παυπείρης* Pap. in Lex. Ib. et v. 12 egregie Boeckhius dedit *Οφελσίμω* (in lap. *ΕΙΜΩ*): Eustath. p. 1472. 32 τοῦ δφέλλειν ἔστι καὶ ὄνομα παρὰ τῷ *Οππιανῷ* δφέλλιμος, δ τινες καὶ δφέλσιμον ἔχραψαν αἰολικότερον, Lobeck. Patholog. p. 166. V. 13 pro *ΚΑΙΟΝΑΞ* (Boeckh. *Κλιώναξ*) Ahrens. I. p. 171 *Κλιόναξ* fuisse posse annotavit.

N. 1576. 3 scribendum **Φιλαρχέοντες**, Ahrens. II p. 516 et p. 46.

N. 1577. 1 Ahrens. I p. 215 **Διωνυσίος**. V. 2 **ΞΕΝΟΚΛΕΙΔΗΣ** || **MEINIEYNOMOS** fuit fortasse Ξενοκλεῖ[σ] Ἰσμεινί[αο,] Εὔνομος, ut in titulo Ross. Theb. v. 2 **ΜΕΙΝΙΩ** Ισμεινίω fuisse videtur vel Ισμεινίαο. In Boeckhiano Ξενοκλείδης vocalis η offendit; infra v. 6 est Ἡρακλείδαο a nominativo Ἡρακλείδας. Ξενοκλεῖς: n. 1575. 12, n. 1570. b. 33 (-έος). V. 3 **Σιφιώνιος** nescio an corruptum sit; conieceris Σι[μ]ώνιος: Plutarch. Amat. 2 **Αυσάνδρα** ἡ **Σίμωνος** Thesp., Polyb. XXIII. 2, 15. V. 4 **Σπερχώνιος** (**ΣΡ**) recte, puto, Boeckhius; **Σπερχύλος** C. J. n. 3140. 15, **Σπερχίδας** tit. Lamiens. n. 4, 4 ap. Curt. An. Delph. p. 15 sive n. 23 ap. Stephan. l. l., **Πολυσπέρχων**, quod nomen male in codicibus et editionibus haud raro sigma omisit. V. 6 **Καλλιχάριος** Ahr. I p. 190, 285. V. 7 Hypatodorus Erianthis fil., qui a Plutarcho commemoratur de genio Socratis 17, ipse quoque Thebas videtur patriam habuisse. V. 10 Proxenos Boeotos diligenter Meierus compositus, de proxen. p. 30 not. 282; **Προξένα** tit. Ross. Thisp.

N. 1578 Thebis in ecclesia S. Georgii, descriptis Leakens tab. X n. 45. A sinistra quominus plura legi possent, columella circularis lapidi imposita obstitit.

|                       |           |
|-----------------------|-----------|
| ΑΥΞΙΠΤΟΣ              | ΤΡΑΛΙΩΝΟΣ |
| ΥΠΑΤΟΔΩΡΟΣΒΡΕΙΚΙΔΑ    |           |
| ΟΞΤΡΟΤΙΟΣ             |           |
| ΟΚΟΜΟΔΩ               |           |
| οΙοΤΙΟΣ               |           |
| ΑΦΙΣΟΔΩΡΙΟΣ           |           |
| ΓΡΙΔΑΟ                |           |
| ΙΣΜΗΝΙΗΟΣ             |           |
| ΑΡΙΣΤΗΟΣ              |           |
| 10 ΝΕΙΞΧΑΡΕΙΤΙΔΑΟ     |           |
| ΔΕΞΙΠΤΟΣΜΝΑΞΙΣΤΡΑΤΙΟΣ |           |
| ΑΝΤΙΓΕΝΕΙΣΝΙΚΙΗΟΣ     |           |
| ΜΩΝΦΛΑΙΠΤΙΟΣ          |           |
| · · · · ·             |           |

V. 1 habetur in C. J. n. 1677 **Αύσιππος Τραλλώνος**, ubi lacuna inter ΟΣ et **ΤΡΑ** cernitur nulla; patris tamen nomen iam est dubium. V. 2 **Υπατόδωρος Βρεικίδης**? Cognominis, sed filius **Ἀριστείδαο** est n. 1577. 7; nec **ΒΡΕΙΚΙΔΑΟ** et **ΑΡΙΣΤΕΙΔΑΟ** magnopere inter se differunt. V. 3 **Φιλοστρότιος**, infra tamen v. 11 **Μνασιστράτιος**; **Δαμοστρότιος** suspicatur Ahrens. II p. 517—8. Equidem

genuinum esse α utroque loco arbitror. Philostratus Thebanus est n. 1583.

24. V. 4 -ο[ς] Ομολω[ίζ]ιος. V. 8 melius Pocock. Ἰσμετριη[ος], Ahr. II p. 520.

V. 10 Χαρειτίδαι : Ahrens. II p. 522. Primitivum est Χάρεις i. e. Χάρης.

C. J. n. 219. 2 Theb.; Χαρητίδης Ath. Boeckh. Urk. ueb. d. Seew. d. Att. St.

p. 99. V. 11 frusta Boeckhius: Μυαστιβρότιος, sed v. 12 Αρτιγένεις idem  
coniectura assecutus erat. Ib. Νικη[ος] Ahrens II p. 520.

## CLASSIS SECUNDA.

### CATALOGI AGONISTICI ET DONARIA OB VICTORIAS DEDICATA.

#### A. Tituli qui non sunt in Corp. Inscr.

#### V.

Thespiis in colle antiquae urbi imminentे aedes est S. Charalampi (Leak. II. p. 481). Ibi limini portulae ex ecclesia ipsa in adytum ducentis titulus inscriptus legitur, quem ex suis schedis E. Curtius edidit Mus. Rhen. 1843 p. 105—6, n. 6.

|    |   |
|----|---|
|    | N   |
|    | ... TACTALAIOC                            |
|    | ... CCTAALIAAPOMOY                        |
|    | ... ONEIKOYANPRA. MAYALOPO                |
| 5  | ... NIAPAMONOYΘECPPIEYCANAΠACPLAA         |
|    | . TACALAIOCKECTIANOCANΠACPLANKRAT         |
|    | ACTACALIOPOLAOYILOCOKAIΠRAYKOCΦΙΛΑΛΕΑΦEYC |
|    | OILAEITOΠROMOYCOMOΛΟIXOSΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ        |
|    | ΘECPPIEYC      ΠΟΙΗΤΗΣΧΟΡΩΝΖωCI           |
| 10 | MOCZωCIMOYΘECPPIEYC CYNωPIL Ηω            |
|    | AIKHΦΙΛΑΟΥΙΟCKΛΑPOG    ΠωΛΑΦΕΛΗΤ          |
|    | CLΛACZωHYPΟYΘECPPIEYC< CYNωPIL.           |

ΕΛΕΙΑΤΦΛΑΟΥΙΟΣΑΜΦΙΚΑΗΣΚΕΛΗΤΙ  
 ΤΕΛΕΙΩΓΟΡΓΟΣΑΦΡΟΛΕΙΣΙΟΥΘΕΣΠΙΕΥΣ  
 15 ΑΡΜΑΤΙΠΩΔΙΚΩΜΗΤΡΟΛΩΡΟΣ . . . .  
 ΧΑΛΚΙΔΕΥΣΑΡΜΑΤΙΤΕΛΕΙΩΓΗΙΟΣΒΑΛΕΡΙ

Pro litteris *E* et *A* fuerit *€* et *Α*; supplementa, ubi nihil annoto, sunt Curtii.

- Ἄνδρας πύκτας *T. Άιλιος*.  
 ἄνδρας στ[αδ]ιαδρόμου[ς] δ δεῖνα  
*Δαμίονείκον* · ἄνδρας διανλοδρόμους
- 5 . . . . ν *Παράμονον Θεσπιεύς* · ἄνδρας παλατ-  
 σ]τὰς *Άιλιος Κεστιανός* · ἄνδρας πανυρατ[ι-  
 αστὰς *Ἀπολλώνιος* δ καὶ *Δραῦνος Φιλαδελφεύς* ·  
 ὀπλειτοδρόμους *Όμολ[ώ]χος* *Άλεξάνδρον*  
*Θεσπιεύς* · *Ποιητής χορῶν Ζώσι-*
- 10 μος *Ζωσίμον Θεσπιεύς* · συνωρίδι πω-  
 λικῆ *Φιλαούνιος Κλᾶρος* · πώλῳ κέλητ[ι] *Αγη-*  
 σίλλας *Ζωπύρον Θεσπιεύς* · συνωρίδι [τ-  
 ελείρ *T. Φιλαούνιος Αμφικλῆς* · κέλητι  
 τελείρ *Γέργος Άργοδεισίον Θεσπιεύς* ·
- 15 ἄρματι πωλικῷ *Μητρόδωρος* . . . .  
*Χαλκιδεύς* · ἄρματι τελείρ *Γ[ά]ιος Βαλέριος*.

Reliquias catalogi victorum in Erotidiis haberi, perspexit editor; cf. Boeckh. ad n. 1590 p. 772. a, Krause. Die Gymn. u. Agon. d. Hell. II p. 779 n. 4, et de singulis certaminibus n. 1591. V. 3 σταδιαδρόμους Curtius attulit C. J. n. 2758, ubi Boeckhius de α monuit v. II p. 508. a. V. 4 nomen exempli causa dedi: *Δαμόνεικος Θεσπιεύς* n. 1585. 10; Curt. *Φιλον.* V. 5 *Παράμονοι* in Boeotia sunt n. XII. 1 Lebad., n. 1587. 5 Acraeph., n. 1626, 1, 2, 8 Thisb., n. 1630. 2 Thesp., n. 1666 Orchom., tit. Rossii Coron. *Π]α[ρά]μονε* χαῖρε (*ΠΑΛΛΑΜΟΝΕ*), tit. eiusd. Thisb. v. 3, Leak. n. 62. 2 tab. XV Orop. et n. 83. 3 t. XVIII. V. 7 *Δραῦνος* ex numo Bithynio Papeus habet in Lex. V. 8 Curtii *Όμολοῖχος* ferri non poterat, v. ad n. II. 22. Ib. *Άλεξάνδρον*: tit. ined. Rossii Thespiens., commemoratus etiam a Brandisio Mittheil. ueb. Griechenl. I p. 238: *Άλεξάνδρῳ ἥρωι*. V. 9—10 *Ποιητής* — *Θεσπιεύς* litteris maioribus scripta sunt. Bene editor laudat n. 1586. 29 χοροῦ πολειτικοῦ. *Ζώσιμος* aliquis *Θεσπ.* est n. 1585. 5. V. 16 Curtius *Γήιος*.

## VI.

Acraephiae (Karditza) in ecclesia S. Georgii, ap. Leak. tab. XII. n. 51. Commeroravit Ulrichs. p. 243.

|                       |                     |
|-----------------------|---------------------|
| <i>ΝΑΡΟΥΘΗΒΑΙΟΣ</i>   | — ἀνδρού Θηβαῖος.   |
| <i>ΟΝ</i>             | — ον                |
| <i>ΝΟΥΑΚΡΑΙΦΙΕΥΣ</i>  | — τὸν Ἀχραιφιεύς.   |
| <i>ΝΙΚΙΟΝ</i>         | τὸν ἐπιγίκιον       |
| <i>5 ΝΑΡΟΥΘΗΒΑΙΟΣ</i> | — ἀνδρού Θηβαῖος.   |
| <i>ΔΟΛΙΧΟΝ</i>        | ἀνδρας] δόλιζον     |
| <i>ΟΥΑΚΡΑΙΦΙΕΥΣ</i>   | — ον Ἀχραιφιεύς.    |
| <i>ΔΟΛΙΧΟΝ</i>        | παῖδας] δόλιζον     |
| <i>ΑΚΡΑΙΦΙΕΥΣ</i>     | Ἀχραιφιεύς.         |
| <i>10 ΑΛΑΙΟΝ</i>      | 10 τὸν παλαῖον      |
| <i>ΑΜΠΙΠΟΥΑΚΡΑ</i>    | Αμπίπον Ἀχραιφιεύς. |
| <i>ΣΤΑΛΙΟΝ</i>        | στάδιον.            |

De Ptois (Boeckh. I p. 792. b) agi, sane est verisimile, quamquam Acraephiae etiam Σωτήρια acta esse ex titulo n. 1587. 3 cognoscitur. Sed incertissima Ulrichsii est conjectura, qui inde, quod in hoc nostro titulo tantum Ἀχραιφιεύς et Θηβαῖος victores recententur, praeter ipsius urbis cives solis Thebanis in Ptois de praemis certare licuisse suspicatur.

V. 3 Ἀχραιφιεύς ut n. 1587. 12, Ἀχραιφιεύς saepius in titulo Ulrichsii p. 250 sq. quem v. p. 253 n. 27; Leak. t. II p. 304 not., Lobeck. Patholog. p. 299. V. 4 τὸν ἐπιγίκιον v. ad n. VIII. 29. V. 6 et 8 supplementa dedi ad aliorum titulorum exemplum, n. 1591. b. 23. 43. V. 10 ausus sum τὸν παλαῖον sc. ἀγῶνα i. e. πάλην; idem fortasse latet n. 1625. 12 ἐπιτελῶν τὸν λεγόμενον ΠΑ . . . . . , qui titulus eiusdem urbis Acraephiae est. V. 11 poteram etiam Σαμίπον, v. Anal. Epigr. p. 155.

## VII.

Ad Lebadeam in pariete casae. Edidit Stephani n. 43 et recte ad victores gymnicos retulit.

|                    |                     |
|--------------------|---------------------|
| <i>ΟΙΟ ΤΙΟ</i>     | <i>B]οι[ώ]τιος.</i> |
| <i>ΕΝΛΙΣΤΑΛΙΩΙ</i> | <i>ἀγ]εν[ελον]</i>  |
| <i>ΟΙ ΤΙΟ</i>      | <i>στάδιον</i>      |

Stephanus Byz. p. 78, 18 Westerm. τὸ ἐθνικόν Βοιωτός· λέγεται καὶ Βοιώτιος. C. J. n. 25. 2 Βοιώτιος ἐξ Ἑρζουμενοῦ, n. 1591. 22 Ἀγητρίος Βοιώτιος, et sic etiam scriptores ut Polybius, v. c. V. 62. 65. V. 2 restitui ad n. 1590. 26, n. 1591. 35. De Trophonii s. Basiliis Lebadeae celebratis omnia nota sunt.

### B. Ad titulos Boeckhianos.

- N. 1579 minusculis repetit Leakeus t. II p. 631. Tum Davidoffius in Itinere suo (Petropoli 1839) T. II. p. XXII n. XXII ex novo G. Kramer apographo, quod accurate confectum prorsus cum exemplo Boeckhii concinit. V. 2 (1580. 2) Αἰωνύσοι Ahrens. I p. 194. V. 4 (n. 1580. 4) ἀῖδοντος idem I p. 171, 189, 190.
- N. 1580 minuscul. Leak. II p. 631.
- N. 1581. 2 ΑΙΧΑΝΟΠ Boeckh. Αἰχάνωρ, quod L. Dindorfius in Steph. Thes. idem esse censem atque Λειχήρωρ muris nomen in Batrachomyom. 204, 218. Malo: Νιζάρωρ, Ahrens. I p. 182.
- N. 1582 dedit Leak. tab. XV. n. 70 (ubi v. 3 in fine ΙΣ male est pro ΥΣ) et minusc. t. II p. 457. Ex Corpore Inscr. Gr. sumsit Welcker. Syll. Epigr. Gr. n. 158 p. 203. Is v. 1 cum Leakeo in Mus. Crit. II. 570 scripsit Φορύστας παῖς Ὄρφαλος, collato nomine Ὄρφηρ. Contra Boeckhius ὁ Τοίανος, quod quum mihi sic probassem, ut nomen Τοίανος cum Τοίαναδίων n. 1574. 14 componerem, idem Lobeckio placuisse postea didici ex Patholog. p. 316. Sed Φορύστας num sanum sit dubito. Fortasse Κορύστας fuit; ex litteris Φ et Κ haud raro altera alterius locum in exemplis titulorum minus bonis occupavit. V. 5 de ει in ἐπόεισε v. Ahr. I p. 184 et de tempore Letronn. Explication d'une inscription Grecque trouvée dans l'intérieur d'une statue antique de bronze; avec des observations sur quelques points de l'histoire de l'art chez les anciens, Paris 1843, Weil. in Berl. Jahrb. f. w. Kr. 1844 n. 13 p. 103.
- N. 1583 minusc. Leak. II p. 631. Expositus de hac inscriptione et de titulo n. 1584 Welcker. Die griech. Tragoed. III p. 1277 sq. V. 1—2 ἀγωνοθετοντος τῶν Χαριτειστῶν: genitivus festi ex more positus est cum verbo ἀγ.; confer, ut Boeotica tantum afferam, n. 1585. 2, n. 1586. 2, n. 1587. 1. Quodsi Rossius in Intelligibl. z. A. L. 1844 n. 80 p. 653 ad tit. Argiv. inedit. v. 7 ἀγωνοθετήσαντα Σεβαστεῖων structuram genitivi minus usitatam esse scribit, id ad solas

inscriptiones Argivas pertinet C. J. n. 1122 et n. 1123, ubi est accusativus. Genitivus in eiusdem urbis titulo habetur n. 1121. 5. V. 4 ἐνίκωσαν corruptum videtur Ahrensio quoque I p. 186. V. 8 Leakei scriptura ΕΙΡΩΔΙΑΣ suadet, puto, ut scribatur Ειρώδας, quod est n. 1574. 25, coll. Boeckh. p. 758. b, Ahr. I p. 184, quamquam is p. 194 iota subscriptum in dubium vocat; vide ad tit. n. I. 3. V. 18 malo Ἀγέλος, ut Ἀγέδιος n. 1564. 4.

N. 1584 minusc. Leak. II p. 632. De nomine Ἐξακέστης v. 23 et 49 v. Anal. Epigr. p. 142. V. 37 τὸν νεμητὸν ἀγῶνα τὸν Ὄμολοῖων: neum. suspectum mihi est de corruptela; crediderim designationem aliquam temporis additam fuisse, v. infra ad n. 1587. 3. V. 31 Καβίριος: Weiskeus Prometh. p. 441 n. 7 huius tituli memor duplēm nominis Κάβειρος explicatiōnem proposuit.

N. 1585 Welcker. l. l. p. 1282 sq. V. 1 ἐπὶ — ἀγωνοθεοῦντι et v. 2 ἐπὶ ἄρχοντι: dativi exempla aetate posteriore aliquoties leguntur, tit. Tithor. IV. 27 ἐπὶ ἄρχοντι Ἑλλανείνῳ Mus. Rh. 1843 p. 556, ἐπὶ — ἐπάρχῳ Αἰγύπτου Letronn. Recueil n. XVI, ἐπὶ — χιλιάρχῳ ib. n. XL, Plutarch. de genio Socrat. 7 τῆς ἐπὶ Πρωτεῖ βασιλεύοντι γραμματικῆς. Similiter οἱ ἐπὶ τῶν πραγμάτων et οἱ ἐπὶ τοῖς πράγμασιν, inter quae quod intercedere discrimin Kruegerus docet Griech. Sprachl. II p. 304 adn. 4, id ad ea quae attuli referri vix potest.

N. 1586 minusc. ap. Leak. II p. 493; eiusdem apographum tab. XVIII n. 80, ubi pro Α est Α et Θ pro Θ, versum primum, omisso Α priore, sic positum habet, ut Γ sit super primo Ο v. 2, Η v. 1 alterum super Κ v. 2. V. 3 in fine Leak. ΙΩΝ, v. 5, ubi lineolam habet super ΑΥΡ, omittit Ω et Α v. 6 et puncta ib. et v. 12, 21, 25. V. 8 addit post Μονσέρωτος: γ (v. 12), quo signo patrem filio cognominem fuisse indicatur, v. Boeckh. C. J. I p. 613. b. V. 12 Αιβάνον: idem nomen est n. 4114. 1 v. III p. 107. V. 16 male Leak. Θ pro Ε. V. 13 et 33 idem dedit Κόλων Ἀντιοχεύς ut Franckius ad Richteri Inscr. p. 513 coll. πάτρων patronus, G. Dindorf. in Steph. Thes. IV. 6. 1770 Α; sed aut cum Boeckhio scribendum Κολωναντιοχεύς, aut, quod videtur praestare, Κολων(ὸς) Ἀντιοχεύς cum Franzio ad n. 4472. 2 Κολων(ὸς) Ααοδικεύς v. III p. 221. a; add. n. 2811. b. 2 v. II p. 1113. b τῷν ἐν Κολωνείᾳ Ἀντιοχείᾳ ἀγώνων. Plene n. 3969. 7 Ἀπολλωνιατῶν Λυκίων Θρακῶν Κολωνῶν v. III p. 54. b, et n. 3970. 4.

